38 Prius circumactus est annus, quam a Velitris reducerentur legiones. ita suspensa de legibus res ad novos tribunos militum dilata; nam plebis tribunos eosdem, duos utique, qui legum la-
2 tores erant, plebes reficiebat. tribuni militum creati T. Quinctius, Ser. Cornelius, Ser. Sulpicius, Sp. Servilius, L. Papirius, L. Veturius.
3 principio statim anni ad ultimam dimicationem de legibus ventum; et cum tribus vocarentur nec intercessio collegarum latoribus obstaret, trepidi patres ad duo ultima auxilia, ad summum impe-
4 rium summumque civem, decurrunt. dictatorem dici placet; dici-

4; Cic. p. Mil. 63: *quin . . vobis haec fruenda relinqueret*; im folgenden ist das Gerundiv, um den Gegensatz kurz und scharf auszudrücken, freier gebraucht: bedeutender noch für das Überlassen an usw., = wenn es auf die K. vererbt würde; s. zu 4, 41, 3; zum Gedanken s. 4, 2, 4. — *liberis*] weil die Nobilität auf die Kinder (nicht die *gens*) dessen, der sie zuerst erwarb, überging und diese sie erst in vollem Mafse besafsen.

12. *accipi*] gut aufgenommen wurde; s. 33, 46, 6: *secundis auribus accipi.* — *novam*] die erst aufgestellt wurde, als schon lange über die anderen gestritten worden war. Die sibyllinischen Bücher und der Apollokultus standen mit der patrizischen Religion und den Auspicien nicht in Verbindung, so dafs dieses Priestertum den Plebejern leichter übertragen werden konnte; s. 10, 8, 2. — *duumviri*] s. 3, 10, 7; vgl. zu 42, 2. — *pars*] die Hälfte; s. Mms. RF. 1, 82.

38. 1. *a Velitris*] s. 36, 1. — *de legibus res*] s. 28, 35, 1. — *ad novos tribunos militum*] die Wahl der beiden Magistrate ist näher aneinander gerückt, als es in Wirklichkeit der Fall war, denn die Volkstribunen sind die, welche am 10. Dezember 385 a. u. c., die Konsulartribunen die, welche im Laufe des J. 386 ihr Amt antraten. — *plebis tribunos*] so gestellt wegen des Gegensatzes; vgl. 1, 12, 6; 7, 1, 1; Plin. 18, 15: *undecumus plebei tribunus.* — *qui*]*

2. *Quinctius*] in den Fasten *Cincinnatus Capitolinus.* — *Cornelius . . Sulpicius*] s. 36, 3. — *Servilius*] *Structus.* — *Papirius*] *Crassus.* — *Veturius*] *Crassus Cicurinus*; Diodor 15, 78 hat nur die drei zuerst genannten Tribunen.

3. *cum tribus vocarentur*] da nicht hinzugefügt ist *ad suffragium* und noch vor dem Zusammentritt der Komitien die Wahl des Diktators erfolgt, so ist wohl der Sinn: als die Versammlung bereits angesagt wurde, wie im folgenden *concilio plebis indicto.* — *nec intercessio . . obstaret*] kann, was schon 36, 8 erwarten läfst und 39, 7 f. ausgesprochen ist, nur bedeuten, dafs die Interzession von Tribunen gegen die Abstimmung nicht zu fürchten gewesen sei. Wenn § 5 wieder interzedierende Tribunen erwähnt werden, so läfst sich dieser Widerspruch aus der Darstellung des Liv. nicht erklären, selbst wenn er das Folgende aus einer anderen Quelle als das Vorhergehende genommen haben sollte. — *ad summum*]*

4. *placet*] näml. im Senate; die

tur M. Furius Camillus, qui magistrum equitum L. Aemilium co-
optat. legum quoque latores adversus tantum apparatum adver-
sariorum et ipsi causam plebis ingentibus animis armant con-
cilioque plebis indicto tribus ad suffragium vocant. cum dictator, 5
stipatus agmine patriciorum, plenus irae minarumque consedisset
atque ageretur res solito primum certamine inter se tribunorum
plebi ferentium legem intercedentiumque et, quanto iure poten-
tior intercessio erat, tantum vinceretur favore legum ipsarum
latorumque et 'uti rogas' primae tribus dicerent, tum Camillus 6
'quando quidem' inquit, 'Quirites, iam vos tribunicia libido,
non potestas regit et intercessionem secessione quondam plebis
partam vobis eadem vi facitis inritam, qua peperistis, non rei
publicae magis universae quam vestra causa dictator intercessioni
adero eversumque vestrum auxilium imperio tutabor. itaque, 7
si C. Licinius et L. Sextius intercessioni conlegarum cedunt,
nihil patricium magistratum inseram concilio plebis; si adversus

Ernennung selbst konnte erst in der Nacht erfolgen. — *Camillus*] Fasti cons.: *M. Furius .. Camillus IIII dictator*; vgl. Plut. 39. — *Aemilium*] s. 32, 5. — *cooptat*] nur hier von dem *magister equitum* gebraucht; gewöhnlich *dicere, sibi legere, creare, nominare* u. a.; vgl. 7, 12, 9; Mms. StR. 2², 166, 8. — *quoque .. et ipsi*] s. 3, 21, 3. — *causam .. armant*] statt *se* oder *plebem ad causam tuendam*. — *concilio*] s. § 7; eine neue Versammlung; vgl. § 3. — *ad suffragium*] aus der Contio; s. 31, 8, 1.

5. *certamine inter se ..*] s. 1, 13, 3; 21, 39, 9. — *ferentium .. intercedentiumque*] die Antragsteller wollen die Interzession ihrer Gegner (der Minorität) nicht gelten lassen, obgleich diese zu derselben, da es sich um einen positiven Antrag handelt und das Veto nicht gegen eine Interzession eingelegt wird, berechtigt waren; s. 2, 43, 4; 4, 53, 7. Dagegen war die Nichtbeachtung des *veto* (*vinceretur favore*) ungesetzlich und ist sonst nur selten (s. 10, 37, 12; 25, 2, 6), wie zur Zeit der Gracchen (s. Plut. Tib. Gracch. 10 ff.; App. BC. 1, 12), nicht ohne grofse Stürme versucht worden. — *legem*] der Singular bezeichnet die drei Gesetze als ein Ganzes; s. 39, 2. 11; Cic. de leg. 2, 23 ff. — *quanto .. tantum*] s. 32, 5, 2; in *vinceretur* liegt ein Komparativbegriff; vgl. 34, 1; 3, 15, 2. — *uti rogas*] es wurde damals noch mündlich abgestimmt; die, welche den Antrag annehmen wollten (*iubebant*), antworteten auf die Aufforderung des Magistrates: *velitis iubeatis* (s. 1, 46, 1) mit *uti rogas*, die, welche denselben ablehnten, wahrscheinlich mit *antiquo*.

6. *intercessionem*] das Interzessionsrecht der Tribunen überhaupt, das sie also auch während der Diktatur gegen ihre Kollegen geltend machen. — *secessione .. partam*] also die tribunicische Interzession; vgl. Mms. StR. 1², 255. — *vobis*] euch zum Nachteil. — *eadem vi*] eben so durch Gewalt und Empörung. — *rei publicae .. universae*] die Volkstribunen, bereits Magistrate für das ganze Volk geworden (s. 19, 4), schützten auch die Patrizier (s. 8, 33, 7) und vertraten ihre Interessen; s. 35, 6. 37, 3.

7. *patricium magistratum*] s. 4, 43, 10; statt *me*, um den Gegensatz

intercessionem tamquam captae civitati leges inponere tendent,
8 vim tribuniciam a re ipsa dissolvi non patiar.' adversus ea cum contemptim tribuni plebis rem nihilo segnius peragerent, tum percitus ira Camillus lictores, qui de medio plebem emoverent, misit et addidit minas, si pergerent, sacramento omnes iuniores
9 adacturum exercitumque extemplo ex urbe educturum. terrorem ingentem incusserat plebi; ducibus plebis accendit magis certamine animos quam minuit. sed re neutro inclinata magistratu se abdicavit, seu quia vitio creatus erat, ut scripsere quidam, seu quia tribuni plebis tulerunt ad plebem, idque plebs scivit, ut, si M. Furius pro dictatore quid egisset, quingentum milium ei multa
10 esset. sed auspiciis magis quam novi exempli rogatione deterritum ut potius credam, cum ipsius viri facit ingenium, tum quod
11 ei suffectus est extemplo P. Manlius dictator — quem quid creari attinebat ad id certamen, quo M. Furius victus esset? — et quod eundem M. Furium dictatorem insequens annus habuit,

zu *concilio plebis*, einer Versammlung der Plebs allein (s. 2, 56, 15; nicht der *comitia tributa*; s. 3, 55, 3), mit welcher nur plebejische Magistrate verhandeln können, hervorzuheben. — *inseram*] s. 33, 47, 4. — *tendent*] nach *cedunt**; s. 15, 6; der Infinitiv wie 10, 1, 6; ist mehr dichterisch. — *vim tribuniciam*] s. 3, 20, 6.

8. *emoverent*] vor Liv. nicht gebraucht, von ihm oft angewandt: von dem Forum weg entfernen; sonst *summovere*; s. 3, 45, 5. Nach Plut. 39 hat Camillus, was er hier nur droht, ausgeführt und das Volk zur Aushebung auf das Marsfeld beschieden; das letzte Mittel gegen den Widerstand, das aber bei der Einigkeit der Plebs wirkungslos blieb; vgl. 16, 3; darauf bezieht sich auch wohl die Notiz in den Konsularfasten: . . *Camillus . . Aemilius rei gerendae causa post edictum in milites ex senatus consulto abdicarunt*; vgl. Clason 1, 148. — *omnes iuniores*] nach § 1 (vgl. 36, 9. 37, 12) ist die Abwesenheit des Heeres der Grund, warum über die Gesetze nicht abgestimmt werden kann; hier sind alle Dienstpflichtigen in der Stadt; s. § 6. — *adacturum*] s. 3, 19, 12; 4, 5, 2.

9. *vitio creatus*] s. 8, 23, 15. — *tribuni plebis tulerunt*] nach Plutarch schwören die Tribunen, daſs sie Camillus mit einer Mult belegen wollen, wenn er die Annahme der Rogationen hindere; der Gewährsmann des Liv. scheint angenommen zu haben, daſs es den Tribunen nicht gestattet gewesen sei, den Diktator mit einer Mult zu bedrohen, sonst würde er sie nicht den an u. St. bezeichneten Umweg wählen lassen. — *idque plebs scivit*] auch dieses Plebiscit wäre gegen die Verfassung gewesen nnd hätte die Unverantwortlichkeit der Diktatur aufgehoben. Indes wurde diese schwerlich schon damals in solcher Weise beschränkt (s. 16, 3. 39, 7; 7, 3, 9; vgl. 8, 34, 6), und die Angabe wird mit Recht von Liv. bezweifelt; s. Mms. StR. 1², 252. — *pro dictatore*] in seiner Eigenschaft als Diktator, nach der ihm als solchem zustehenden Gewalt, wie *pro magistratu, pro imperio*; s. 1, 51, 2; 9, 26, 15.

10. *auspiciis*] durch die ungünstigen oder unregelmäſsigen Auspicien; vorher *vitio creatus*. — *magis . . potius*] s. Praef. 13. — *novi exempli*] vgl. 5, 29, 7.

11. *quem quid . .*] vgl. 40, 13, 4:

haud sine pudore certe fractum priore anno in se imperium re-
petiturum; simul quod eo tempore, quo promulgatum de multa 12
eius traditur, aut et huic rogationi, qua se in ordinem cogi vide-
bat, obsistere potuit, aut ne illas quidem, propter quas et haec
lata erat, inpedire, et quod usque ad memoriam nostram tribu- 13
niciis consularibusque certatum viribus est, dictaturae semper
altius fastigium fuit.

Inter priorem dictaturam abdicatam novamque a Manlio ini- 39
tam ab tribunis velut per interregnum concilio plebis habito ap-
paruit, quae ex promulgatis plebi, quae latoribus gratiora essent.
nam de faenore atque agro rogationes iubebant, de plebeio con- 2
sule antiquabant; et perfecta utraque res esset, ni tribuni se in
omnia simul consulere plebem dixissent. P. Manlius deinde dic- 3
tator rem in causam plebis inclinavit C. Licinio, qui tribunus
militum fuerat, magistro equitum de plebe dicto. id aegre patres 4

ut quibus . . — haud sine] gebraucht Livius auch 5, 22, 1; 21, 35, 1; 22, 44, 2; 23, 6, 8; Cicero nur *non sine*. — *repetiturum*] = *qui repetiturus fuit*.

12. *simul quod*] der vierte Grund. — *in ordinem cogi*] s. 3, 51, 13. — *et quod . .*] die beiden Sätze sind gleichgestellt, obgleich der erste logisch untergeordnet ist und eine Einräumung enthält: dafs, während Tribunen und Konsuln bis auf die neuste Zeit häufig mit einander gestritten haben, die Diktatur, als unverantwortlich, über solche Kämpfe erhaben gewesen ist; s. 14, 12. 23, 7; 3, 19, 9; 33, 11, 6.

39. 1. *dictaturam abdicatam*] s. 2, 28, 9. — *velut per interregnum*] als ob keine höheren Magistrate vorhanden wären, da die Konsulartribunen keinen Einflufs haben; vgl. 38, 9. — *concilio*] da es nicht in einer *contio*, sondern in den Komitien selbst erst klar wird, scheint Livius geglaubt zu haben, dafs die Abstimmung wirklich begonnen habe. — *promulgatis*] ist Neutrum; = dem Beantragten; s. 42, 19, 1.

2. *de faenore . . iubebant . . antiquabant*] vielleicht ist an die zuerst zum Stimmen Gelangenden zu denken (s. 38, 5). — *in omnia*] auf . . hin, näml. dafs es angenommen werden soll, wie *in mercedem* 21, 43, 7; *in spem* 44, 25, 10; u. a. — *consulere*] = *rogare*; vgl. 31, 7, 2; Cic. p. Mil. 16; zur Sache s. Dio fr. 29, 6: *ὁ Στόλων . . εἰπών, ὡς οὐκ ἂν πίοιεν, εἰ μὴ φάγοιεν, ἀνέπεισεν αὐτοὺς μηδενὸς ἀφέσθαι ἀλλ᾽ ὡς καὶ ἀναγκαῖα πάντα ὅσα ἐνεχειρίσαντο κατεργάσασθαι.* Livius scheint anzunehmen, dafs anfangs die drei Rogationen einzeln zur Abstimmung gebracht seien, dann aber, als das Volk das dritte verwerfen will, die Tribunen alle drei für ein Ganzes (*lex satura* Fest S. 314) erklären (s. 38, 5) und die Versammlung auflösen; vgl. Lange 1, 574.

3. *Manlius*] s. 42, 3; nach den Fast. Cap. ist er *dictator seditionis sedandae et rei gerendae causa*. — *Licinio*] *Calvo*. — *tribunus militum*] obgleich *consulari potestate* nicht hinzugesetzt ist, soll doch das Konsulartribunat bezeichnet werden, wie 37, 9. 38, 2; vgl. 32, 3; 4, 11, 1. 35, 3. 57, 9; 5, 13, 2. 18, 1. Livius selbst hat dasselbe 31, 1 oder 34, 1 übergangen; dagegen erwähnt es Diodor 15, 57. — *fuerat*] es kann also der zeitige Volkstribun nicht gemeint sein; dennoch nennt ihn Livius

passos accipio; dictatorem propinqua cognatione Licini se apud patres excusare solitum, simul negantem magistri equitum maius quam tribuni consularis imperium esse.

5 Licinius Sextiusque, cum tribunorum plebi creandorum indicta comitia essent, ita se gerere, ut negando iam sibi velle continuari honorem acerrime accenderent ad id, quod dissimulando
6 petebant, plebem: nonum se annum iam velut in acie adversus optumates maximo privatim periculo, nullo publice emolumento stare. consenuisse iam secum et rogationes promulgatas et vim
7 omnem tribuniciae potestatis. primo intercessione collegarum in leges suas pugnatum esse, deinde ablegatione iuventutis ad Veliternum bellum, postremo dictatorium fulmen in se intenta-
8 tum. iam nec collegas nec bellum nec dictatorem obstare, quippe qui etiam omen plebeio consuli magistro equitum ex plebe di-
9 cendo dederit: se ipsam plebem et commoda morari sua. liberam urbem ac forum a creditoribus, liberos agros ab iniustis
10 possessoribus extemplo, si velit, habere posse. quae munera quando tandem satis grato animo aestimaturos, si inter accipiendas de suis commodis rogationes spem honoris latoribus earum

10, 8, 8 *C. Licinius Stolo*, ebenso Plutarch und bestimmter Dio. — *Licinio . . dicto*] s. 1, 27, 3; 8, 5, 3.

4. *propinqua cognatione*] mit der nahen Verwandtschaft, Ablat. des Grundes; nicht oft so mit *excusare* verbunden. Die Licinier sind wie mit den Fabiern, so auch mit den Manliern und Corneliern verwandt; s. 5, 12, 12. — *maius quam*] s. Mms. StR. 2², 165.

5. *tribunorum . . comitia*] s. 3, 19, 2; 22, 35, 2. — *negando . .*] sie machen die Annahme der drei Gesetze zur Bedingung für die Wiederannahme des Tribunats.

6. *nonum*] s. 36, 7. — *acie*]* — *maximo . . emolumento*] s. 3, 72, 2. — *privatim . . publice*] attributiv; s. 1, 39, 3; Caes. BG. 5, 3, 5. — *consenuisse*] s. 3, 31, 7.

7. *intercessione*] s. 38, 3. — *ablegatione*] wie *ablegare* 4, 58, 12; 7, 13, 8 u. a.; = Entfernung, Verbannung; vor Liv. wohl nicht gebraucht. — *ad Veliternum bellum*] s. 36, 1. — *fulmen*] die alles zerschmetternde Macht; vgl. 45, 41, 1: *duo fulmina . . perculerint.* — *intentatum*] wie 27, 7: *arma*; 3, 47, 7: *manus.*

8. *omen plebeio consuli*] s. 5, 18, 3.

9. *urbem*] in Bezug auf die Schuldtürme; s. 36, 12; überhaupt wohl die Häuser der Reichen, in denen *nexi* und *adiudicati* gefesselt sind. — *forum*] weil auf dem Komitium das Tribunal war, wo die Schuldner den Gläubigern zugesprochen wurden. — *iniustis*] weil sie das Staatsland, das hätte verteilt werden sollen, in Besitz genommen haben; s. § 10: *agrum iniuria possessum.* 35, 5; 4, 48, 2. 51, 5 f. 53, 6; Clason 1, 203.

10. *quando . . aestimaturos*] enthält nicht eine Aufforderung, welche erst § 11 beginnt und wie hier den Konjunktiv erfordern würde, sondern einen Vorwurf, den Gedanken: sie würden nie richtig abschätzen; vgl. 17, 4; 4, 43, 10; schon § 9 ist von der Plebs in der 3. Person gesprochen. — *si . . in-*

incidant? non esse modestiae populi Romani id postulare, ut
ipse faenore levetur et in agrum iniuria possessum a potentibus
inducatur, per quos ea consecutus sit, senes tribunicios non sine
honore tantum sed etiam sine spe honoris relinquat. proinde 11
ipsi primum statuerent apud animos, quid vellent, deinde comitiis
tribuniciis declararent voluntatem. si coniuncte ferri ab se pro-
mulgatas rogationes vellent, esse, quod eosdem reficerent tribu-
nos plebis; perlaturos enim, quae promulgaverint; sin, quod 12
cuique privatim opus sit, id modo accipi velint, opus esse nihil
invidiosa continuatione honoris; nec se tribunatum nec illos ea,
quae promulgata sint, habituros. adversus tam obstinatam oratio- **40**
nem tribunorum cum prae indignitate rerum stupor silentium-
que inde ceteros patrum defixisset, Ap. Claudius Crassus, nepos 2
decemviri, dicitur odio magis iraque quam spe ad dissuadendum
processisse et locutus in hanc fere sententiam esse: 'neque no- 3
vum neque inopinatum mihi sit, Quirites, si, quod unum familiae
nostrae semper obiectum est ab seditiosis tribunis, id nunc ego
quoque audiam, Claudiae genti iam inde ab initio nihil antiquius
in re publica patrum maiestate fuisse, semper plebis commodis
adversatos esse. quorum alterum neque nego neque infitias eo, 4

cidant] s. 3, 58, 6. — *modestiae*] s. 3, 65, 7. — *populi Romani*] der Plebs. — *relinquat*] hat sich an die vorhergehenden Nebensätze angeschlossen, obgleich es nicht von *postulare* abhängen kann; *relinquere* wäre genauer.

11. *apud animos*] wie 34, 2, 4; vgl. 30, 28, 1; Sall. Jug. 110; Sulpicius bei Cic. ad fam. 2, 3, 1. — *comitiis tribuniciis*] s. 4, 54, 2. — *coniuncte*] in gleichem Sinne 40, 9: *coniunctim* —. *ferri*]*

12. *velint*] nach *vellent*; s. 2, 39, 11; Sall. Jug. 33, 4; Caes. BG. 1, 34, 2: *si quid opus esset . . si quid ille se velit*; soll an u. St. wohl andeuten, dafs dies die Ansicht der Plebs sein dürfte; s. zu 1, 51, 4; 2, 10, 4 u. a.; vgl. 40, 17. Statt *accipi* könnte man eher *accipere*, die der Thätigkeit des Magistrats, dem *ferri a se*, entsprechende des Volkes, erwarten; indes soll angedeutet werden, die grofse Masse wünsche überhaupt nur die Annahme der ihr genehmen Rogationen. — *nihil*] s. 38, 7; gehört zu *opus est*, ist aber auffallend nachgestellt; s. 2, 43, 8: *aliud nihil*; vgl. 43, 19, 4. — *invidiosa continuatione*] s. 3, 21, 4.

40. 1. *inde*] s. 3, 47, 6: *stupor omnes . . defixit; silentium inde aliquamdiu tenuit*; das *silentium* geht aus dem *stupor* hervor; s. 8, 7, 21. — *ceteros patrum*] s. 42, 15, 10.

2. *Claudius*] s. zu 2, 27, 1.

3. *familiae*] alle bis jetzt erwähnten Claudier gehören der Familie des Claudius Sabinus Regillensis an; s. 2, 16, 5; aber da eine gens Claudia eingewandert ist, so müssen schon anfangs mehrere Familien in derselben gewesen sein. — *audiam*] wenn ich . . müfste; s. § 6; 7, 34, 14. — *iam inde ab initio*] häufig bei Livius, z. B. 1, 2, 3. — *patrum maiestate*] s. 2, 27, 11. 61, 4 u. a. — *adversatos*] die einzelnen in der Gens. — *nego neque infitias eo*] ich leugne es nicht, weil

nos, ex quo adsciti sumus simul in civitatem et patres, enixe
operam dedisse, ut per nos aucta potius quam inminuta maiestas
earum gentium, inter quas nos esse voluistis, dici vere posset;
5 illud alterum pro me maioribusque meis contendere ausim, Quirites, nisi, quae pro universa re publica fiant, ea plebi tamquam aliam incolenti urbem adversa quis putet, nihil nos neque privatos neque in magistratibus, quod incommodum plebi esset, scientes fecisse, nec ullum factum dictumve nostrum contra utilitatem vestram, etsi quaedam contra voluntatem fuerint, vere referri posse.
6 an hoc, si Claudiae familiae non sim nec ex patricio sanguine
ortus, sed unus Quiritium quilibet, qui modo me duobus ingenuis
7 ortum et vivere in libera civitate sciam, reticere possim, L. illum Sextium et C. Licinium, perpetuos si dis placet tribunos, tantum licentiae novem annis, quibus regnant, sumpsisse, ut vobis negent potestatem liberam suffragii non in comitiis, non in legibus iu-
8 bendis se permissuros esse? ‘sub condicione’ inquit ‘nos refi-

es wahr ist, und erkenne es an, weil mich besondere Gründe und Verhältnisse bestimmen; vgl. Cic. part. or. 102: *ipsam negationem infitiationemque.* Eine solche Zusammenstellung von Synonymen findet sich mehrfach bei Liv.; s. 3, 68, 4. 69, 2 u. a. — *infitias eo*] haben Nepos Epam. 10, 4 und Livius nach den Komikern zuerst gebraucht; s. 9, 9, 4; 10, 10, 8; *in-fit-ias* von *fat-eor.* — *operam dedisse*] s. 38, 26, 1. — *earum gentium*] die Aufnahme unter die Patrizier; s. Suet. Tib. 1: *gens Claudia . . in patricias cooptata*; vgl. zu 4, 4, 7; deshalb ist auch bei *in patres* und *patrum maiestate* (§ 3) zunächst an die Patrizier zu denken. — *voluistis*] vgl. 4, 4, 7: *iussu populi.*

5. *ausim*] s. zu Praef. 1. *ausim* begegnet nur hier in affirmativem Satze. — *pro universa re publica*] indem er das Interesse der Patrizier als das des ganzen Staates betrachtet. — *tamquam aliam . .*] wie es allerdings lange Zeit gewesen war; vgl. 2, 24, 4. — *incommodum plebi*] s. 3, 56, 9.

6. *an . .*] die eben ausgesprochene allgemeine Behauptung soll durch ein Beispiel bewiesen werden; der Redner wählt dazu den vorliegenden Fall und gewinnt so den Übergang zu demselben in rhetorischer Form. — *unus Quiritium quilibet*] s. § 10; 9, 17, 15. — *modo*] nichts weiter als. — *duobus ingenuis*] d. h. kein *libertinus*; erst die Enkel gewesener Sklaven galten als *ingenui,* obgleich die *libertinorum filii* immer noch hinter den übrigen *ingenui* zurückstanden; s. zu 9, 46, 10; 10, 8, 10.

7. Das Verfahren der Tribunen ist tyrannisch, hebt die Freiheit der Abstimmung auf. — *perpetuos*] s. 3, 19, 4; 24, 8, 7. — *si dis placet*] s. zu 4, 3, 9. — *sumpsisse*] s. 4, 54, 8; 37, 10, 2; = sich herausgenommen, angemafst haben. — *comitiis*] von den *leges*, den vorgeschlagenen Gesetzen (s. § 9), unterschieden, bezeichnet die Wahlkomitien, wie sie nach der Rogation sich gestalten werden: s. § 16.

8. *sub condicione*] s. 21, 12, 4; Zell, Delect. inscr. n. 385: *sub hac condicione*; Sen. suas. 7, 4; gewöhnlicher ist der blofse Ablativ, den Livius sonst gebraucht. — *inquit*] dient überhaupt dazu, die Entgegnung anzuführen, auch wenn sie von mehreren ausgeht; s. 34, 3, 9.

cietis decimum tribunos.’ quid est aliud dicere ‘quod petunt
alii, nos adeo fastidimus, ut sine mercede magna non accipiamus’?
sed quae tandem ista merces est, qua vos semper tribunos plebis 9
habeamus? ‘ut rogationes’ inquit ‘nostras, seu placent seu dis-
plicent, seu utiles seu inutiles sunt, omnes coniunctim accipia-
tis.’ obsecro vos, Tarquinii tribuni plebis, putate me ex media 10
contione unum civem succlamare: ‘bona venia vestra liceat ex
his rogationibus legere, quas salubres nobis censemus esse, anti-
quare alias’; ‘non’ inquit ‘licebit. tu de faenore atque agris, 11
quod ad vos omnes pertinet, iubeas, et — hoc portenti non fiat
in urbe Romana, uti L. Sextium atque hunc C. Licinium consu-
les, quod indignaris, quod abominaris, videas; aut omnia accipe,
aut nihil fero.’ ut si quis ei, quem urgeat fames, venenum 12
ponat cum cibo et aut abstinere eo, quod vitale sit, iubeat aut
mortiferum vitali admisceat. ergo si esset libera haec civitas,
non tibi frequentes succlamassent: ‘abi hinc cum tribunatibus
ac rogationibus tuis!’ quid? si tu non tuleris, quod commodum
est populo accipere, nemo erit, qui ferat? illud si quis patricius, 13
si quis, quod illi volunt invidiosius esse, Claudius diceret: ‘aut

— *quid est aliud dicere ..?*] = *hoc est dicere* mit dem Ausdrucke des Unwillens; s. § 19; vgl. 4, 2, 13: *quid esse aliud quam minari*; 4, 4, 6; Cic. de off. 3, 55: *quid est enim aliud erranti viam non monstrare, .. si hoc non est.* — *sine .. non*] = *nisi accepta mercede .. non.*

10. *Tarquinii tribuni plebis*] ihr Tarquinier unter dem Namen von Volkstribunen, ‘ihr Despotentribunen’; eine, besonders in der Anrede, kühne Zusammenstellung; vgl. 3, 39, 3. — *unum* ..] ein gewöhnlicher ..; s. § 6; 45, 39, 2: *in turba togatorum unus privatus.* — *succlamare*] s. § 12; anders 3, 50, 10. Im folgenden wird das Verfahren in einer Altercatio veranschaulicht; s. 4, 6, 1. — *bona venia*] s. 7, 41, 3. — *alias*] = *ceteras.*

11. *tu* de faenore .. videas*] Frage des Unwillens (s. 2, 7, 9); = du wolltest .. es sollte nicht usw.; gehört noch zu der Antwort der Tribunen, in welcher aber Appius seine Ansicht und Stimmung den Tribunen in der Aufregung unterschiebt; in den Worten *quod .. pertinet* die Meinung, daſs die Mehrzahl der Plebejer nur die beiden ersten Gesetze verlange; in *hoc .. videas* seinen Abscheu bei dem bloſsen Gedanken, daſs ein Plebejer Konsul werden könnte. Hätte Appius die Antwort der Tribunen einfach, ohne Erbitterung angeführt, so würde es heiſsen: *non licet de faenore atque agris iubere, de altero consule e plebe creando non iubere (antiquare).* — *tu*] die Anrede eines einzelnen, wie 22, 50, 7. — *hoc portenti*] s. 4, 2, 8. — *non fiat*] s. 41, 10. — *Sextium*]* — *abominaris*] s. 18, 9; 30, 25, 12. — *videas*] s. 3, 30, 6.

12. *vitale*] Lebenskraft habend. — *libera*] näml. von der Herrschaft der Tribunen. — *cum tribunatibus*] s. 5, 27, 5. — *quid?* ..] ein neuer Grund gegen das Verfahren der Tribunen und Hervorhebung, daſs es unter anderen Verhältnissen entschieden gemiſsbilligt werden würde.

omnia accipite, aut nihil fero', quis vestrum, Quirites, ferret?
14 numquamne vos res potius quam auctores spectabitis, sed omnia
semper, quae magistratus ille dicet, secundis auribus, quae ab
15 nostrum quo dicentur, adversis accipietis? at hercule sermo est
minime civilis; quid? rogatio qualis est, quam a vobis antiquatam
indignantur? sermoni, Quirites, simillima. 'consules' inquit,
16 'rogo, ne vobis, quos velitis, facere liceat.' an aliter rogat, qui
utique alterum ex plebe fieri consulem iubet nec duos patricios
17 creandi potestatem vobis permittit? si hodie bella sint, quale
Etruscum fuit, cum Porsinna Ianiculum insedit, quale Gallicum
modo, cum praeter Capitolium atque arcem omnia haec hostium
erant, et consulatum cum hoc M. Furio et quolibet alio ex patribus L. ille Sextius peteret, possetisne ferre Sextium haud pro
18 dubio consule esse, Camillum de repulsa dimicare? hocine est
in commune honores vocare, ut duos plebeios fieri consules liceat,
duos patricios non liceat? et alterum ex plebe creari necesse sit,
utrumque ex patribus praeterire liceat? quaenam ista societas,

14. *spectabitis*]* — *magistratus*] s. 2, 56, 13. — *secundis* . .] s. 33, 46, 6; 41, 10, 6; 42, 28, 2.

15. *at civilis*] s. 5, 3, 9; 45, 32, 5: *nulli civilis animus, neque legum neque libertatis aequae patiens.* Durch *at* wird das Folgende als Einwurf eines Plebejers eingeführt (aber wenn auch . ., so ist doch der Antrag selbst usw.), in den aber Appius durch *hercule* und *quid?* .. seine Ansicht gelegt hat, wie § 11. Es wird so der Übergang zum zweiten Teile der Rede gebildet: dafs die Forderung *alter utique consulum ex plebe crearetur* ebenso anmafsend als staatsgefährlich sei. — *sermoni* . .] sie ist ebenfalls *minime civilis.* — *consules, rogo, ne* . .] stellt, wie § 11, den Antrag so dar, als ob durch denselben die Beschränkung der Wahlfreiheit beabsichtigt werde. *consules* steht mit Nachdruck voran: ich beantrage, dafs ihr die Konsuln nicht frei sollt wählen dürfen.

16. *rogat*]*

17. *si . . sint . . peteret*] wenn Kriege eintreten sollten, was ja wohl geschehen kann, und ein Sextius sich bewerben wollte, was der Redner als kaum möglich oder zulässig erscheinen lassen will. Beide Sätze sind durch *et* logisch gleichgestellt, obgleich der erste nur die Verhältnisse angeben soll (daher *sint*), unter welchen das im zweiten Bezeichnete eintreten würde. Deshalb hat sich an diesen, als die eigentliche Bedingung (*peteret*), der bedingte Satz *possetisne* .. angeschlossen; s. zu 45, 37, 1; vgl. Cic. ad Att. 11, 13, 3; p. Sex. Rosc. 91. — *fuit, cum*] s. 7, 32, 13. — *modo*] von einem Zeitraume von mehr als 20 Jahren; s. 37, 9; 22, 14, 13. — *omnia haec*] s. 5, 44, 7. 54, 3. — *consule*]* — *de repulsa dimicare*] seiner Wahl nicht sicher sein.

18. *in commune vocare*] vgl. 4, 35, 6. — *ut duos* . .] ein neuer Grund gegen die Rogation, der aus dem *alter utique* (s. 35, 5) entlehnt ist, da die Wahl eines Patriziers nicht für notwendig erklärt, die Wahl eines zweiten Plebejers nicht verboten war; s. 35, 5; 7, 42, 2. — *quaenam ista* . .] s. 7, 3. — *societas . . consortio*] s. 4, 5, 5: *si in consortio, si in societate*

quaenam consortio est? parum est, si, cuius pars tua nulla ad-
huc fuit, in partem eius venis, nisi partem petendo totum tra-
xeris? 'timeo' inquit, 'ne, si duos licebit creari patricios, nemi- 19
nem creetis plebeium.' quid est dicere aliud 'quia indignos ve-
stra voluntate creaturi non estis, necessitatem vobis creandi,
quos non vultis, inponam'? quid sequitur, nisi ut ne beneficium 20
quidem debeat populo, si cum duobus patriciis unus petierit ple-
beius et lege se, non suffragio, creatum dicat? quo modo extor- 41
queant, non quo modo petant honores quaerunt; et ita maxima
sunt adepturi, ut nihil ne pro minimis quidem debeant; et occa-
sionibus potius quam virtute petere honores malunt. est aliquis, 2
qui se inspici, aestimari fastidiat, qui certos sibi uni honores in-
ter dimicantes competitores aequum censeat esse, qui se arbitrio
vestro eximat, qui vestra necessaria suffragia pro voluntariis et
serva pro liberis faciat. omitto Licinium Sextiumque, quorum 3

rei publicae esse . . licet; 8, 4, 3: 40, 8, 12. — *parum . . nisi*] Übergang zu etwas Maſslosem; s. 27, 10, 5; 42, 3, 6. — *traxeris*] s. 1, 7, 1; 8, 40, 4: *ad se . . trahunt.*

19. *quid est . .*] s. § 8; doch ist die Stellung von *aliud* ungewöhnlich; s. 7, 3. 39, 12. — *indignos*] s. 37, 8. — *necessitatem . .*] bezeichnet die Beschränkung der Wahlfreiheit nach einer anderen Seite als § 16.

20. *ne beneficium . .*] die Ehrenstellen als durch den freien Willen des Volkes übertragen und deshalb zu Dank verpflichtend. — *debeat*] s. Sall. Jug. 85, 37: *nobilitas . . omnis honores non ex merito, sed quasi debitos a vobis repetit.*

41. 1. *ne pro minimis quidem . .*] sich nicht einmal in dem Verhältnisse (dem Maſse), als ob es die Geringsten wären, nicht einmal wie für die Geringsten verpflichtet fühlen (dankbar sein), d. h. gar nicht dankbar sein wollen. Der Gedanke wäre mit *et nihil debeant* abgeschlossen gewesen; aber um den Begriff der Undankbarkeit den groſsen Gaben (*maxima*) gegenüber zu steigern, ist *ne pro minimis quidem* eingeschoben. Über *pro* s. zu 4, 54, 7: *pro communicatis*; zum Gedanken vgl. Sall. a. a. O.: *quasi debitos.* — *et . . malunt*] Erklärung des Vorhergehenden. — *occasionibus*] wenn sich niemand weiter bewirbt; dies wird im folgenden *est aliquis . . faciat* weiter ausgeführt: mancher (Plebejer), der sich nicht für fähig und würdig hält, wird dennoch seiner Wahl gewiſs sein, da er weiſs, daſs ihr, wenn er allein von den Plebejern sich (um das Konsulat) bewirbt, ihm doch eure Stimme geben müſst und nicht frei einen anderen wählen könnt. Es wird vorausgesetzt, daſs nur für sich Bewerbende von dem die Wahl leitenden Magistrat Stimmen angenommen werden und daſs nur einer als Kandidat auftreten wird.

2. *inspici*] sich prüfen lassen. — *aestimari*] seine Tüchtigkeit abschätzen lassen; vgl. 3, 25, 4; über das Asyndeton s. 43, 1, 11. — *arbitrio*] eurem freien Urteil.

3. *omitto . .*] obgleich beide, als zu den *humiles* gehörend, nach der Ansicht des Redners passende Beispiele wären, will er sie doch nicht anführen, weil sie gerade der Prüfung sich entziehen und wegen ihrer langen Amtsdauer nicht sowohl frei

annos in perpetua potestate tamquam regum in Capitolio nume-
ratis; quis est hodie in civitate tam humilis, cui non via ad con-
sulatum facilior per istius legis occasionem quam nobis ac liberis
nostris fiat? si quidem nos ne cum volueritis quidem creare inter-
dum poteritis, istos etiam si nolueritis necesse erit.
4 De indignitate satis dictum est. at enim dignitas ad homines
pertinet; quid de religionibus atque auspiciis, quae propria deorum
inmortalium contemptio atque iniuria est, loquar? auspiciis hanc
urbem conditam esse, auspiciis bello ac pace, domi militiaeque
5 omnia geri quis est, qui ignoret? penes quos igitur sunt auspicia
more maiorum? nempe penes patres; nam plebeius quidem ma-
6 gistratus nullus auspicato creatur; nobis adeo propria sunt au-
spicia, ut non solum quos populus creat patricios magistratus
non aliter quam auspicato creet, sed nos quoque ipsi sine suffra-
gio populi auspicato interregem prodamus et privati auspicia

gewählten Magistraten als vielmehr Königen gleichen; s. 40, 7: *regnant.* — *numeratis*] an den Basen der auf dem Kapitol, aber wohl erst später als Liv. annimmt, aufgestellten Königsstatuen (s. Plin. 33, 9; 34, 22 f.) waren die Jahre ihrer Regierung angegeben; vgl. CIL. I S. 283. — *istius legis occasionem*] die durch das Gesetz dargebotene. — *erit*]*

4. *satis*] und zwar von 40, 6 bis hierher. Der Redner wendet sich nun zu dem zweiten Hauptteile der Rede, in dem ein ähnlicher Ideengang wie 4, 2, 1; 5, 52, 1 ff. verfolgt wird. — *at* enim*] ein Einwurf wie 40, 15: aber, wenn dies auch richtig ist, so ist es doch ohne Bedeutung, denn usw.; mit *quid* . . wird der wichtigere Grund eingeführt. — *religionibus*] wird § 9 weiter entwickelt; vorher die *auspicia*, eine Anordnung, die sich oft bei Livius findet. — *auspiciis*]* — *quae . . contemptio*] statt *quorum contemptio deorum contemptio est*; s. 1, 30, 4. — *bello . . militiaeque*] bezeichnet chiastisch dieselben, also alle Verhältnisse des Staatslebens nach verschiedenen Seiten; s. 1, 36, 6.

5. *penes quos* . .] wem steht das Recht zu, Auspicien (hier: Staatsauspicien) zu halten? — *penes patres*] s. 10, 8, 9; bedeutet nach dem Gegensatz *plebeius* . . *creatur*: nur den Patriziern steht . . zu, nicht jedem einzelnen als Privatmann (§ 6); denn nur patrizische Magistrate können nach Abhaltung von Auspicien gewählt werden und die Wahl leiten; s. § 10. — *nam*] der Gegensatz mufs als Grund dienen. — *quidem*] wenigstens, 'natürlich'; ironisch; s. § 6: *isti.* — *nullus*] bei ihrer Wahl dürfen die Götter, da dieselben ihnen fremd sind, nicht befragt werden, und die, welche die Wahl leiten, können sie nicht befragen; s. 4, 6, 2; 7, 6, 11; Mms. RF. 1, 196.

6. Der Redner geht noch einen Schritt weiter: das Volk kann ohne Hülfe patrizischer Magistrate, da diese allein die Auspicien anstellen können, keinen patrizischen Magistrat wählen; die Patres bestellen ohne Mitwirkung des Volkes den Interrex; sie selbst als Personen (*ipsi*), auch ohne dafs sie Magistrate sind, sind bei der Wahl so sehr die Hauptsache, dafs es der Abstimmung des Volkes gar nicht bedarf. — *et privati* . .*] da an der ganzen Stelle von den Staatsauspicien die Rede ist und die Erwähnung der *pri-*

habeamus, quae isti ne in magistratibus quidem habent. quid 7
igitur aliud quam tollit ex civitate auspicia, qui plebeios consules
creando a patribus, qui soli ea habere possunt, aufert? eludant 8
nunc licet religiones 'quid enim esse, si pulli non pascantur, si ex
cavea tardius exierint, si occecinerit avis?' parva sunt haec; sed
parva ista non contemnendo maiores nostri maximam hanc rem
fecerunt; nunc nos, tamquam iam nihil pace deorum opus sit, 9
omnes caerimonias polluimus.. vulgo ergo pontifices, augures,
sacrificuli reges creentur; cuilibet apicem dialem, dummodo homo

vata (s. 4, 2, 5) den Zusammenhang stören würde, so ist wohl der Sinn: wir, die Patrizier, haben nicht nur, wenn wir Staatsämter bekleiden, auf denen die Auspicien ruhen, sondern auch dann die Auspicien, wenn wir, ohne Magistrate zu sein (*privati*), einen Interrex bestellen, so dafs *et* eine nähere Erklärung einführt, = obgleich wir nur Private sind. Sobald nämlich kein Magistrat in dem Staate war, welcher Träger der Auspicien hätte sein können, gingen diese seit dem ersten Interregnum (1, 17, 6) auf den damals nur aus Patriziern bestehenden Senat, später auf die patrizischen Senatoren in demselben zurück; diese führten die Regierung weiter und mufsten die Auspicien haben (*auspicia habeamus*), so dafs sie dieselben *auspicato* dem Interrex, wenn auch nicht dem ersten, übertragen konnten; s. Rubino 1, 86 f.; Mms. StR. 1², 87. 94 f. 631. Ob Livius auch hier, wie § 5, mit *nos* = *patres* die Patrizier hat bezeichnen wollen (wie 3, 40, 7; 4, 7, 7; 43, 7) oder die patrizischen Senatoren, läfst sich bei seinem Schwanken im Gebrauche des Wortes *patres* (s. 7, 1, 1. 2) nicht sicher erkennen, doch ist das erstere wahrscheinlicher, da Appius gerade als der Vertreter der Interessen der Patrizier überhaupt erscheinen soll und auch sonst die staatsrechtlichen Verhältnisse von Livius nicht immer scharf bezeichnet werden, am wenigsten in den Reden. — *in magistratibus*] es sind die plebejischen gemeint.

7. *quid . . aliud quam tollit*] s. 40, 8; 4, 3, 3; d. h. der hebt die Auspicien selbst auf, welcher Plebejern als Ungeweihten das Konsulat, auf dem dieselben ruhen, übertragen und sie so den allein Berechtigten entreifsen will; s. 4, 2, 5.

8. *eludant nunc . .*] vgl. 26, 22, 14; Curt. 5, 11, 10; ist mehr in Bezug auf Liv.' Zeit gesagt; s. Einl. 15. Ebenso werden im folgenden die wohl erst später aus dem Kriege auf das Staatsleben übertragenen Auspicien *ex tripudiis* erwähnt; s. 8, 30, 2; Lange I, 297. — *quid enim esse**] spottende Frage, Inhalt des *eludant*: was habe es zu bedeuten, was komme darauf an, wenn (später) einmal usw. — *pascantur . . occecinerit*] bisher hat man diese Dinge als wichtig betrachtet, künftig wird es nicht so sein. — *occecinerit*] eine ungewöhnliche, von Liv. wohl aus seiner Quelle beibehaltene Form; s. 10, 40, 14: *corvus voce clara occinuit*; das Wort *occinere* ist der technische Ausdruck bei diesem Augurium. — *parva . .*] vgl. Cic. p. Sex. Rosc. 50. — *nostri*]*

9. *caerimonias*] was § 4 *religiones* war. — *vulgo*] ohne Unterschied der Ungeweihten, *quibus nefas est*, und der dazu Befähigten; s. 4, 1, 3. — *polluimus*] s. 4, 1, 2. — *sacrificuli reges*] die immer Patrizier waren. — *dialem*] s. 1, 20, 2. — *dummodo homo sit*] ohne der geweihten Kaste anzugehören; vgl. 4, 3, 7.—

sit, inponamus; tradamus ancilia, penetralia, deos deorumque cu-
10 ram quibus nefas est; non leges auspicato ferantur, non magistratus creentur nec centuriatis nec curiatis comitiis patres auctores fiant; Sextius et Licinius tamquam Romulus ac Tatius in urbe Romana regnent, quia pecunias alienas, quia agros dono
11 dant. tanta dulcedo est ex alienis fortunis praedandi, nec in mentem venit altera lege solitudines vastas in agris fieri pellendo finibus dominos, altera fidem abrogari, cum qua omnis humana
12 societas tollitur? omnium rerum causa vobis antiquandas censeo istas rogationes. quod faxitis, deos velim fortunare.'

penetralia] das Heiligtum der Vesta; s. 5, 52, 7; Mms. RF. 1, 79. Der Gedanke ist: wie zu den höchsten Staatsämtern, so sind auch zu den Priestertümern nur die Patrizier vermöge ihrer Weihe befähigt.

10. *non leges ferantur*] s. 2, 12, 11; die Übertragung des Konsulats an Unberechtigte wird zur Folge haben, dafs kein Beschlufs des Volkes und keine Wahl Gültigkeit hat, da diese allein auf den rechtmäfsigen Auspicien beruht: und das alles, nur damit ein Sextius usw. — *auspicato*] gehört auch zu *creentur*. — *patres auctores fiant*] s. 1, 17, 9; vgl. zu 1, 19, 1. Da Claudius in dem ganzen Abschnitte nur von den Vorrechten der Patrizier, nicht des Senats gesprochen hat, so kann auch hier *patres* nur von diesen, nicht von dem Senate als solchem verstanden werden, und da Liv. oder sein Gewährsmann, wie an der ganz ähnlichen Stelle bei Cic. de dom. 38: *ita p. R. neque regem sacrorum neque flamines nec Salios habebit . . neque auctores centuriatorum et curiatorum comitiorum*, die *comitia curiata* ausdrücklich den *comitia centuriata* als Volksversammlungen an die Seite stellt, deren Beschlüsse erst durch die *patres* bestätigt werden müssen, so kann *patres* nicht die *comitia curiata* bedeuten, sondern nur entweder in engerem Sinne: die Patrizier im Senate (s. 2, 1, 10; 10, 24, 2), oder: die Gesamtheit der Patrizier (s. 42, 10), für die es aber in der Verfassung an einem bestimmten Organe fehlte, da sie schwerlich in den *comitia curiata* allein stimmten; s. Moms. RF. 1, 145. 167. 224; Lange 1, 351.

11. *dulcedo . . praedandi*] s. 5, 13, 2. — *ex alienis fortunis*] bezieht sich auf die beiden ersten Gesetze, die der Redner wohl absichtlich nur mit wenigen Worten berührt, um nicht die grofse Menge der Plebejer, die gerade diese Gesetze wollte (s. 39, 1. 40, 11), zu verletzen. — *solitudines . .*] der Redner nimmt an, dafs, wenn die Reichen ihre grofsen Besitzungen aufgeben müssen, das Land herrenlos oder unbebaut bleiben würde, während ohne Zweifel in dem Gesetz bestimmt war, wie das eingezogene Land (es ist zunächst an Staatsland zu denken) verwendet, und zwar dafs es an ärmere Bürger verteilt werden sollte, wie in dem Gesetz des Gracchus; s. App. BC. 1, 9. — *dominos*] so nennt der Redner von seinem Standpunkte aus die 39, 9 bezeichneten *iniusti possessores*. — *fidem abrogari*] der Kredit werde (gesetzlich) abgeschafft, vernichtet. — *humana societas*] s. 5, 27, 5.

12. *omnium rerum*] s. 36, 42, 4: *maturandum ratus omnium rerum causa*. — *faxitis*] = *feceritis*, ist vielleicht einer Formel entlehnt; denn in Formeln findet sich auch sonst *faxitis* u. a. als Fut. exact. oder zur Bezeichnung des Wun-

Oratio Appi ad id modo valuit, ut tempus rogationum iu- 42
bendarum proferretur. refecti decumum iidem tribuni Sextius 2
et Licinius de decemviris sacrorum ex parte de plebe creandis
legem pertulere. creati quinque patrum, quinque plebis; gradu-
que eo iam via facta ad consulatum videbatur. hac victoria con- 3
tenta plebes cessit patribus, ut in praesentia consulum mentione
omissa tribuni militum crearentur. creati A. et M. Cornelii ite-
rum, M. Geganius, P. Manlius, L. Veturius, P. Valerius sextum.
cum praeter Velitrarum obsidionem, tardi magis rem exitus quam 4
dubii, quietae externae res Romanis essent, fama repens belli
Gallici allata perpulit civitatem, ut M. Furius dictator quintum
diceretur. is T. Quinctium Poenum magistrum equitum dixit.
bellatum cum Gallis eo anno circa Anienem flumen auctor est 5
Claudius inclitamque in ponte pugnam, qua T. Manlius Gallum,
cum quo provocatus manus conseruit, in conspectu duorum
exercituum caesum torque spoliavit, tum pugnatam. pluribus 6
auctoribus magis adducor, ut credam decem haud minus post

sches; s. 22, 10, 4; 29, 27, 3; 36 2, 5; vgl. 35, 9: *faxo*; 1, 24, 8. — Der Stoff der Rede, in welcher nachgewiesen wird, dafs sowohl das Verfahren der Tribunen (40, 1—14) als auch die Gesetze selbst der politischen und religiösen Verfassung widersprechen, ist schwerlich dem Licinius Macer, welchem Livius sonst in dem Abschnitte Kap. 34 ff. gefolgt zu sein scheint, entnommen, sondern eher einem aristokratisch gesinnten Annalisten (Valerius Antias?); vielleicht ist er ganz von Livius selbst bearbeitet. Eine Antwort auf dieselbe läfst er nicht, wie sonst auch bei minder wichtigen Dingen, folgen, da die bedeutendsten Gründe Kap. 37. 39; 4, Kap. 3—5 bereits ausgeführt sind; s. Nieb. RG. 3, 9 ff.

42. 1. *proferretur*] wie die Rede dies habe bewirken können, ist nicht abzusehen.

2. *decemviris sacrorum*] auch *decemviri sacris faciundis* geheifsen (s. 10, 8, 2; 40, 42, 12) und blofs *decemviri* 22, 1, 16. Vgl. zu 37, 12. — *ex parte*] d. h. zur Hälfte. — *graduque*] s. 35, 2.

3. *cessit patribus, ut*] seltene Konstr., die nur noch in den Digesten begegnet. — *mentione omissa*] man drang nicht auf die Durchführung des Gesetzes über die Konsuln; nicht: man bestand nicht auf der Wahl von Konsuln statt der Militärtribunen, wie es oft von dem Senate geschehen ist. — *Cornelii*] s. 36, 3. — *Geganius*] *Macerinus*. — *Manlius*] *Capitolinus*. — *Veturius*] s. 38, 2. — *Valerius*] s. 36, 3. Die Tribunen für dieses Jahr, welche die Fasten fast ganz so wie Liv. haben, fehlen bei Diodor, wie bei Liv. Kap. 34 die für das J. 378.

4. *Velitrarum . .*] die Lage wäre also noch immer dieselbe wie 36, 1; vgl. 38, 1; das Ende des Krieges wird nicht berichtet; s. 7, 15, 11; nach Plut. 42 erobert Camillus die Stadt im Vorüberziehen. — *Poenum*] in den Fasten heifst er Cincinnatus Capitolinus; vgl. 4, 26, 1.

5. *eo anno*] so auch Dio 14, 12 f.; Plut. 41. — *Claudius*] ist Q. Claudius Quadrigarius; s. Einl. 27; Nieb. RG. 2, 664. — *pugnam . . pugnatam*] s. 1, 41, 3.

6. *adducor, ut credam*] vgl. 2, 18, 6. — *decem haud minus*] vgl. 28, 1, 5; schon 6 Jahre später er-

annos ea acta, hoc autem anno in Albano agro cum Gallis dicta-
7 tore M. Furio signa conlata. nec dubia nec difficilis Romanis, quamquam ingentem Galli terrorem memoria pristinae cladis attulerant, victoria fuit. multa milia barbarorum in acie, multa
8 captis castris caesa; palati alii Apuliam maxime petentes cum fuga se longinqua, tum quod passim eos simul pavor terrorque distulerant, ab hoste [sese] tutati sunt. dictatori consensu patrum plebisque triumphus decretus.
9 Vixdum perfunctum eum bello atrocior domi seditio excepit; et per ingentia certamina dictator senatusque victus, ut rogationes tribuniciae acciperentur; et comitia consulum adversa nobilitate habita, quibus L. Sextius de plebe primus consul factus.
10 et ne is quidem finis certaminum fuit. quia patricii se auctores

zählt Liv. die Sache; s. 7, 10, 2. Die Veränderung der Waffen, welche nach Plutarch und Dio damals Camillus angeordnet haben soll (vgl. 8, 8, 3), scheint Liv. in seiner Quelle nicht erwähnt gefunden oder nicht beachtet zu haben. — *Albano agro*] vgl. Mms. RF. 2, 363.

7. *memoria*] durch die Erinnerung, die angeregt wurde; vgl. 21, 53, 2; 33, 45, 8.

8. *Apuliam*] s. 7, 1, 3; Zon. 7, 24. — *se*]* — *longinqua*] wie 4, 18, 1; 21, 21, 5. — *terrorque*]* — *consensu patrum plebisque*] vgl. 4, 20, 1; 7, 17, 9. Der Krieg selbst ist wahrscheinlich nicht historisch; s. 7, 9, 6.

9. *seditio* . .] ausführlich schildern dieselbe Plutarch und Ov. Fast. 1, 643: *a patribus sumptis secesserat armis volgus.* — *excepit*] wie 1, 53, 4; vgl. 21, 1; anders 33, 11. — *dictator senatusque victus*] der Sinn scheint zu sein, dafs durch ein Senatskonsult die Abstimmung über die Rogationen gestattet wurde und so das über dieselben verfafste Plebiscit Gesetzeskraft erhielt; s. 4, 6, 8. 4: *victi . . patres, ut de conubio ferretur, concessere*; zu 3, 9, 13. — *comitia*] diese sind wohl nicht unmittelbar nach der Annahme der Rogationen, aber noch von Camillus gehalten worden im J. 387; s. § 14; vgl. 7, 1, 2, wo auch der Kollege des Sextius erst erwähnt ist. — *adversa*] s. 1, 46, 2: *adversa patrum voluntate*; 39, 41, 4. — *nobilitate*] hier die Patrizier (s. 4, 4, 7), welche gegen die Wahl protestieren; vgl. 3, 55, 15; der Widerspruch erhält die verfassungsmäfsige Form durch die Weigerung, die *auctoritas patrum* zu der Wahl zu erteilen; s. § 10.

10. *et* . .] Erklärung von *adversa nobilitate.* — *ne*]* — *patricii . . negabant*] die Weigerung bezieht sich nicht auf das Plebiscit, welches bereits bestätigt ist (*senatus victus*) und der *patrum auctoritas* nicht bedurfte, sondern auf die in Centuriatkomitien vollzogene Wahl von Konsuln, welcher die Patrizier, als der Verfassung widerstreitend, ihre Bestätigung versagen. Liv. sagt hier *patricii auctores* (vgl. 3, 55, 15; 27, 8, 2), sonst immer (s. § 14; 41, 10; 7, 16, 7; 8, 12, 15 u. a.) *patres auctores*, welches, als die seit dem ersten Interregnum (1, 17, 9) staatsrechtliche Bezeichnung der Bestätigung der Centuriat- und Kuriatbeschlüsse, auch an u. St. wohl richtiger gewesen wäre; s. zu 41, 10; an die *lex curiata* ist nicht zu denken; s. Mms. RF. 1, 235 ff. 247; Huschke, Serv.

futuros negabant, prope secessionem plebis res terribilesque alias
minas civilium certaminum venit, cum tandem per dictatorem 11
condicionibus sedatae discordiae sunt concessumque ab nobilitate plebi de consule plebeio, a plebe nobilitati de praetore uno,
qui ius in urbe diceret, ex patribus creando. ita ab diutina ira 12
tandem in concordiam redactis ordinibus cum dignam eam rem senatus censeret esse, meritoque id, si quando umquam alias, deum inmortalium fore, ut ludi maximi fierent et dies unus ad
triduum adiceretur, recusantibus id munus aedilibus plebis, con- 13
clamatum a patriciis est iuvenibus se id honoris deum inmorta-

Tull. 404; Lange 2, 49. — *prope secessionem*] s. 26, 48, 8: *ea contentio cum prope seditionem veniret.* — *terribilesque*] s. § 9; Ampel. 25.

11. *cum*] nach *venit* wie 4, 32, 1. — *tandem*]* — *condicionibus*] s. 40, 8; 23, 7, 1; wird erläutert durch *concessumque*; ein zweites Zugeständnis folgt § 12. Wie die Übereinkunft, wenn sie anders historisch ist und nicht in den Licinischen Rogationen die ganze Verfassungsveränderung, auch die 7, 1, 5 f. erwähnte, vorgesehen war, zustande gekommen sei, hat Livius ebensowenig berichtet, als dafs infolge der Beilegung des Streites Camillus den Tempel der Concordia gelobt habe. — *de praetore uno . .*] die Patrizier nehmen die Kunde des Rechtes noch immer für sich allein in Anspruch (s. 3, 31, 8) und setzen es durch, dafs die Jurisdiktion einem besonderen patrizischen Magistrate übertragen wird; vgl. 8, 15, 9. — *qui in urbe ius diceret*] daher *urbanus* genannt; die allgemeine Bezeichnung des höchsten Amtes (*praetor*; s. 3, 55, 11; 7, 3, 5) wird so auf einen engeren Kreis beschränkt; die Jurisdiktion des Praetor urbanus erstreckte sich bis zum ersten Meilensteine vor der Stadt. Die Konsuln haben von jetzt an zwar auch das Recht, Gericht zu halten, da dieses mit dem *imperium consulare* verliehen wird; aber sie üben es regelmäfsig nicht aus, wie anderseits bei dem Prätor das militärische Imperium gewöhnlich ruht; s. 7, 1, 6; Mms. StR. 2², 185; Clason 1, 232. — *patribus*] wie vorher *nobilitati* = den Patriziern.

3. *vates*] wie 1, 55, 6; ebenso erzählte Procilius nach Varro: *relatum in eo loco dehisse terram, et id ex s. c. ad aruspices relatum esse: responsum deum Manio postilionem postulare, id est civem fortissimum eo dimitti*. — *dubitantes an ullum* . .] = *credentes nullum* . . *esse*; vgl. 8, 10, 2; *ullum*, nicht *aliquod*, wegen der Hervorhebung und weil in *castigasse* ein Begriff der Mifsbilligung vorangegangen war; vgl. Cic. Phil. 8, 12: *laberis, quod quicquam stabile in regno putas*. — *arma virtusque*] vgl. Val. Max.: *interpretatus urbem nostram virtute armisque praecipue excellere*. Nach dem Zusammenhange sollte man freilich erwarten, dafs Curtius nicht *arma virtusque*, sondern etwa *arma et vir* als gröfsten Schatz der Römer bezeichnet hätte.

4 virtusque esset, *et* silentio facto templa deorum inmortalium, quae
foro inminent, Capitoliumque intuentem et manus nunc in cae-
lum, nunc in patentes terrae hiatus *ad* deos manes porrigentem
5 se devovisse; equoque deinde quam poterat maxime exornato in-
sidentem armatum se in specum inmisisse, donaque ac fruges
super eum a multitudine virorum ac mulierum congestas, lacum-
que Curtium non ab antiquo illo T. Tati milite Curtio Mettio,
6 sed ab hoc appellatum. cura non deesset, si qua ad verum via
inquirentem ferret; nunc fama rerum standum est, ubi certam
derogat vetustas fidem; et lacus nomen ab hac recentiore insigni-
tius fabula est.

7 Post tanti prodigii procurationem eodem anno de Hernicis
consultus senatus cum fetiales ad res repetendas nequiquam mi-
sisset, primo quoque die ferendum ad populum de bello indicendo
8 Hernicis censuit, populusque id bellum frequens iussit. L. Ge-
nucio consuli ea provincia sorte evenit. in expectatione civitas
erat, quod primus ille de plebe consul bellum suis auspiciis ge-
sturus esset, perinde ut evenisset res, ita communicatos honores
9 pro bene aut secus consulto habitura. forte ita tulit casus, ut
Genucius ad hostes magno conatu profectus in insidias praeci-
pitaret *et* legionibus necopinato pavore fusis consul circumven-

4. *templa . .*] s. 2, 49, 7; Tac. Hist. 1, 40. — *patentes . . hiatus*] der Plural ist steigernd. — *ad deos manes*] denen sich zu weihen er im Begriff ist; s. die St. zu § 3; 8, 9, 6; Preller RM. 466.

5. *insidentem armatum*] s. 3, 43, 6. — *ab . . illo*] wie Livius 1, 12, 10 und lange vorher Piso berichtet hatte; eine dritte Version bei Varro: *eum locum esse fulguritum et ex s. c. saeptum esse, id quod factum est a Curtio consule, cui M. Genucius fuit collega*, also im J. 309 a. u. c.; dies hat Livius 4, 1, 1 nicht berührt.

6. *cura*] näml. *inquirendi*. — *fama . . standum est*] man mufs bei der Überlieferung stehen bleiben, sich an diese halten; s. zu 26, 17, 11. — *derogat . . fidem*] wird selten so verbunden; vgl. 8, 18, 3. — *insignitius*] s. 4, 4, 5.

6, 7—9. 1. Krieg mit den Hernikern.

7. *primo quoque die*] s. 4, 58, 8. — *bellum frequens iussit*] s. 9, 43, 2; zur Sache s. 1, 3.

8. *suis*] wie sie ein Plebejer halten kann, nicht die echten, patrizischen; s. § 10. — *perinde ut*] s. zu 5, 7. — *communicatos honores*] die Einräumung der Teilnahme an usw.; s. 4, 54, 7. 56, 12 u. a. — *pro . . consulto*] für etwas usw.; vgl. 6, 40, 17; 9, 11, 4: *omnia pro infecto sint.*

9. *forte . . casus*] tautologisch, um den Umstand zu heben; der Gewährsmann des Livius (Licinius Macer?) will den Unfall entschuldigen, das Verfahren der Patrizier als gehässig darstellen. — *magno conatu*] s. 5, 16, 4; ebenso 5, 18, 7: *Titinius Genuciusque . . dum bellum maiore animo gerunt quam consilio, praecipitavere in insidias. Genucius morte honesta . . inter primores cecidit.* — *praecipitaret**] — *consul*] ist wohl nur hinzugesetzt,

tus ab insciis, quem intercepissent, occideretur. quod ubi est 10
Romam nuntiatum, nequaquam tantum publica calamitate maesti patres, quantum feroces infelici consulis plebei ductu, fremunt omnibus locis: irent, crearent consules ex plebe, transferrent auspicia, quo nefas esset. potuisse patres plebi scito pelli honori- 11
bus suis; num etiam in deos immortales inauspicatam legem valuisse? vindicasse ipsos suum numen, sua auspicia, quae ut primum contacta sint ab eo, a quo nec ius nec fas fuerit, deletum cum duce exercitum documento fuisse, ne deinde turbato gentium iure comitia haberentur. his vocibus curia et forum per- 12
sonat. Ap. Claudium, quia dissuaserat legem, maiore nunc auctoritate eventum reprehensi ab se consilii incusantem, dictatorem consensu patriciorum Servilius consul dicit, dilectusque et iustitium indictum.

Priusquam dictator legionesque novae in Hernicos venirent, 7
ductu C. Sulpici legati res per occasionem gesta egregie est. in 2
Hernicos, morte consulis contemptim ad castra Romana cum haud dubia expugnandi spe succedentes, hortante legato et plenis irae atque indignitatis militum animis eruptio est facta. multum ab spe adeundi valli res Hernicis afuit; adeo turbatis inde ordinibus

um einen Gegensatz zu *legionibus* zu gewinnen. — *intercepissent**]

10. *tantum . . quantum*] s. 6, 32, 8; vgl. 6, 34, 1; 28, 2, 13. — *quantum feroces*] in welchem Maſse stolz, aufgeblasen; s. 3, 70, 10; zum Gedanken vgl. 2, 21, 6. — *irent, crearent*] s. 10, 4, 10: *ite, dicite* u. a.

11. *plebi scito*] s. 6, 42, 9. — *num etiam*] stellt nachdrücklich das Nichtstattfinden des Zweiten dem eingeräumten Stattfinden des Ersten entgegen; umgekehrt 4, 3, 9. — *inauspicatam*] ohne Auspicien gegeben, die somit den Tribunen abgesprochen werden; s. 6, 41, 5; vgl. 10, 47, 1. — *numen*] ihren Willen (die Nichtbeachtung desselben s. 6, 27, 3), den sie ihren Vertrauten offenbaren durch *auspicia*; vgl. 1, 55, 3. — *contacta*] wie 8, 17, 4; = 'entweiht'; zu *ius . . fuerit* ist *contingi* in der Bedeutung 'berühren' zu denken. — *nec fas*] s. 4, 3, 8: *nefas aiunt esse consulem plebeium fieri*; 4, 6, 2; 6, 41, 4 f. — *documento fuisse ne . .*] s. 8, 35, 7. 10; vgl. Cic. de or. 2, 196; de leg. 1, 58. — *gentium iure*] s. 4, 1, 2.

12. *curia et forum*] Senats- und Volksversammlungen. — *personat*] vgl. 43, 10, 5. — *Claudium*] nach den Fasten *Ap. Claudius P. f. Ap. n. Crassus Inregillensis*, also wohl der 4, 48, 5 und 6, 40, 2 von Livius erwähnte. — *nunc**] — *dictatorem*] die Ernennung des Magister equitum ist übergangen; s. Fasti cons. a. 392. — *consensu patriciorum*] die Patrizier sind mit der Wahl des strengen Aristokraten einverstanden; s. 3, 26, 6; 4, 51, 3.

7. 1. *per occasionem*] s. 5, 26, 9.

2. *indignitatis*] s. 1, 59, 11; 8, 28, 6. — *ab spe . .*] ist auf *res* statt auf *Hernici* bezogen; vgl. § 7; *spe adeundi* steht *expugnandi spe* scharf gegenüber. — *res*] die Unternehmung; vgl. 2, 49, 9; 9, 9, 13. — *Hernicis*] freier Dativ; statt des ungewöhnlichen Ausdrucks könnte es heiſsen: *sed ne adeundi qui-*

3 abscessere. dictatoris deinde adventu novus veteri exercitus iungitur et copiae duplicantur; et pro contione dictator laudibus legati militumque, quorum virtute castra defensa erant, simul audientibus laudes meritas tollit animos, simul ceteros ad aemu-
4 landas virtutes acuit. neque segnius ad hostes bellum apparatur, qui et parti ante decoris memores neque ignari auctarum virium hostis suas quoque vires augent. omne Hernicum nomen, omnis militaris aetas excitur; quadringenariae octo cohortes, lecta
5 robora virorum, scribuntur. hunc eximium florem iuventutis eo etiam, quod, ut duplex acciperent stipendium, decreverant, spei animorumque inplevere; inmunes quoque operum militarium erant, ut in unum pugnae laborem reservati plus sibi quam pro
6 virili parte adnitendum scirent; extra ordinem etiam in acie locati, quo conspectior virtus esset.

Duum milium planities castra Romana ab Hernicis dirime-
7 bat; ibi pari ferme utrimque spatio in medio pugnatum est. primo stetit ambigua spe pugna nequiquam saepe conatis equitibus
8 Romanis impetu turbare hostium aciem. postquam equestris pugna effectu quam conatibus vanior erat, consulto prius dictatore equites, permissu deinde eius relictis equis, clamore ingenti
9 provolant ante signa et novam integrant pugnam. neque sustineri poterant, ni extraordinariae cohortes pari corporum ani-
8 morumque robore se obiecissent. tunc inter primores duorum

dem spem Hernici habebant; *adeo* .. oder *tantum afuit ut* . . *ut*.

3. *pro contione*] vor der Front. — *audientibus*] ist wegen *meritas* und des Gegensatzes von *ceteros* auf das frühere Heer zu beziehen, auf das auch schon *legati militumque* hinweist. — *tollit animos*] s. 8, 4; 3, 67, 6.

4. *ad*] auf Seiten, wie häufiger *apud*; ist bei Livius nicht selten; s. 10, 35, 4 u. a. — *omne Hernicum nomen*] alle Gemeinden (*populi*), die den Bundesstaat der Herniker bilden; vgl. 3, 2, 3; Schwegler 2, 330. — *cohortes*] wie bei den Samniten; s. 10, 40, 6; und so werden später die Bundesgenossenkontingente der Römer bezeichnet. — *robora virorum*] s. 24, 46, 2.

5. *florem*] s. 8, 8, 6. — *inmunes* . .] von Lager- und Schanzarbeiten, wie später die Veteranen; s. 38, 44, 4; Tac. Ann. 1, 36: *retineri sub vexillo ceterorum inmunes, nisi propulsandi hostis.* — *pro virili parte*] s. zu 3, 71, 8.

6. *conspectior*] s. 2, 5, 5. 55. 3. — *duum*] s. 3, 25, 4. — *utrimque*] von beiden Lagern aus.

7. *spe*] so dafs sie keinem Heere Hoffnung auf den Sieg gewährte. — *conatis equitibus*] vgl. 4, 53, 1.

8. *quam conatibus*] diese sind schon durch *nequiquam* als *vani* bezeichnet; also konnte auch der Erfolg kein reeller sein. Die Vergleichung und der Gedanke sind gesucht; vgl. 6, 28, 7. — *prius* . . *deinde*] s. 37, 32, 2.

9. *poterant, ni*] wie 45, 20, 5; gewöhnlicher ist in diesem Falle das Perfektum; vgl. 3, 5, 8. — *robore*] vom Geist und Körper, wie 23, 26, 11.

8. 1. *primores*] auch die Her-

populorum res geritur; quidquid hinc aut illinc communis Mars belli aufert, multiplex quam pro numero damnum est. vulgus aliud armatorum, velut delegata primoribus pugna, eventum suum in virtute aliena ponit. multi utrimque cadunt, plures vulnera accipiunt; tandem equites alius alium increpantes, quid deinde 2
restaret, quaerendo, si neque ex equis pepulissent hostem neque pedites quicquam momenti facerent? quam tertiam expectarent pugnam? quid ante signa feroces prosiluissent et alieno pugnarent loco? — his inter se vocibus concitati clamore reno- 3
vato inferunt pedem et primum gradu moverunt hostem, deinde pepulerunt, postremo iam haud dubie avertunt; neque, tam vires 4
pares quae superaverit res, facile dictu est, nisi quod perpetua fortuna utriusque populi et extollere animos et minuere potuit. usque ad castra fugientes Hernicos Romanus sequitur; castro- 5
rum oppugnatione, quia serum erat diei, abstinuere. diu non perlitatum tenuerat dictatorem, ne ante meridiem signum dare posset; eo in noctem tractum erat certamen. postero die deserta 6
fuga castra Hernicorum, et saucii relicti quidam inventi, agmenque fugientium ab Signinis, cum praeter moenia eorum infrequentia conspecta signa essent, fusum ac per agros trepida fuga palatum est. nec Romanis incruenta victoria fuit; quarta pars 7
militum amissa, et, ubi haud minus iacturae fuit, aliquot equites Romani cecidere.

niker sind *lecta corpora virorum*. — *multiplex*] vielfach, um vieles gröfser; s. 2, 64, 4; zur Sache vgl. 21, 59, 9: *maior Romanis quam pro numero iactura fuit, quia equestris ordinis aliquot . . sunt interfecti*; 9, 38, 8.

2. *alius alium*] s. 4, 22, 5; 5, 47, 3. — *quid deinde*] vgl. 4, 49, 15: *incipite .. deinde*. — *restaret*] unpersönlich. — *ex equis*] nämlich *pugnantes*. — *quam tertiam*] vgl. 21, 53, 3.

3. *inter se*] attributiv zu *vocibus*; s. 21, 39, 9. — *gradu moverunt*] erschütterten sie in ihrer Stellung. — *pepulerunt*] brachten sie zum Weichen; vgl. 6, 32, 8, wo sich ein dem vorliegenden ähnliches Phantasiebild einer Schlacht findet; 6, 12, 6 ff. u. a. — *avertunt*] s. 2, 53, 3.

4. *tam vires pares**] vgl. Cic. ad Att. 3, 10, 2: *tam ex amplo statu*; in Verr. 5, 127: *tam in paucis* u. a., wo jedoch immer nur eine Präposition zwischen *tam* und dem Adjektiv steht. — *quae*] nachgestellt wie 1, 26, 1. — *nisi quod*] s. 4, 12, 9. — *perpetua*] bis jetzt sind beide Völker meist verbunden gewesen; vgl. 6, 2, 3. — *et .. et ..*] den Mut der einen und der anderen. — *extollit*] vgl. 7, 3.

5. *serum .. diei*] schon spät am Tage. — *diu non perlitatum*] s. 22, 1; zu 1, 53, 1; = der Umstand, dafs erst mehrere Opfertiere geschlachtet werden mufsten, ehe günstige Zeichen erfolgten; s. 6, 1, 12; vgl. 4, 18, 6. — *tenuerat*] s. 3, 29, 6.

6. *Signinis**] s. 2, 21, 7.

9—16. 2. Kriege gegen die Herniker, Tiburtiner, Gallier und Falisker. Manlius Torquatus. Bund mit Latium. Innere Verhältnisse.

9 Insequenti anno cum C. Sulpicius et C. Licinius Calvus consules in Hernicos exercitum duxissent neque inventis in agro hostibus Ferentinum urbem eorum vi cepissent, revertentibus
2 inde eis Tiburtes portas clausere. ea ultima fuit causa, cum multae ante querimoniae ultro citroque iactatae essent, cur per fetiales rebus repetitis bellum Tiburti populo indiceretur.
3 Dictatorem T. Quinctium Poenum eo anno fuisse satis con-
4 stat et magistrum equitum Ser. Cornelium Maluginensem. Macer Licinius comitiorum habendorum causa et ab Licinio consule dictum scribit, quia collega comitia bello praeferre festinante, ut continuaret consulatum, obviam eundum pravae cupiditati fuerit.
5 quaesita ea propriae familiae laus leviorem auctorem Licinium facit. cum mentionem eius rei in vetustioribus annalibus nullam inveniam, magis ut belli Gallici causa dictatorem creatum arbi-
6 trer inclinat animus. eo certe anno Galli ad tertium lapidem Salaria via trans pontem Anienis castra habuere.

Dictator cum tumultus Gallici causa iustitium edixisset,

Gell. 9, 13, 4 ff.; Pol. 2, 18; Appian Kelt. 1; Dio Cass. fr. 31; Aur. Vict. 28; Oros. 3, 6.

1. *Sulpicius**] s. 2, 1. — *Calvus*] in den Fasten heifst er Stolo, während der 2, 1 von Livius erwähnte in denselben Fasten Calvus heifst; s. 6, 39, 3. — *neque*] = *et .. non*; die Negation gehört bisweilen zu dem untergeordneten Satze oder Satzteile, während *et* den folgenden Satz anknüpft, wie 2, 30, 12; 4, 27, 9; 6, 1, 12 u. a.; vgl. 3, 48, 1: *nego*. — *Ferentinum*] s. 4, 51, 7. — *Tiburtes*] die Bewohner von Tibur, welches auf einer Felsenhöhe am Anio lag, j. Tivoli. Die Tiburtiner nehmen bis zum J. 400 (s. 19, 1) eine ähnliche selbständige Stellung Rom gegenüber ein, wie früher die Pränestiner; s. 6, 29, 6.

3. *Quinctium*] s. 6, 42, 4.

4. *Macer*] s. 4, 7, 12. — *bello praeferre*] hier = vor seinem Abgange zum Kriege die Wahlkomitien halten; s. 39, 5, 12: *praetulit triumphi diem*. — *continuaret*] s. 3, 21, 2; Mms. StR. 1^2, 499; es wird wohl vorausgesetzt, dafs Sulpicius die Wahl geleitet und für sich Stimmen angenommen haben würde. Die Wahl des Diktators setzt übrigens einen Senatsbeschlufs voraus. — *cupiditati*] s. 25, 2; 3, 64, 11.

5. *propriae*] um seinem Vorfahren den Ruhm, die Sitte aufrecht erhalten zu haben, zuzuwenden. Doch zeigt die Anführung des Licinius, dafs Livius ihn für diese Zeit benutzt hat. — *vetustioribus annalibus*] s. 4, 7, 10. 20, 8. 23, 3. — *ut*]* — *belli Gallici*] Livius weifs aus dem ersten Kriegsjahre nichts als den Zweikampf zu berichten, den andere in andere Jahre setzen; s. 6, 42, 5; vgl. die St. aus Polybios zu 11, 2. Nach den Triumphalfasten hat nicht allein Quinctius über die Gallier, sondern auch Sulpicius über die Herniker triumphiert.

6. *Galli*] ob sie aus Oberitalien oder als neue Einwanderer aus Gallia Transalpina kommen, läfst sich nicht erkennen. — *Salaria via*] wie *Gabina via* 3, 6, 7; *nova via* 5, 32, 6; *Appia* und *Latina via* 22, 55, 4; *sacra via* 43, 16, 4 u. a.; dagegen *via Labicana* 4, 41, 8; *via Flaminina* 22, 11, 5; *via Nomentana* 3, 52, 3 u. a. Die Salaria via führt über den Anio und die Allia; s. zu 5, 38, 10. — *tumultus Gallici*] ein

omnes iuniores sacramento adegit ingentique exercitu ab urbe
profectus in citeriore ripa Anienis castra posuit. pons in medio 7
erat neutris eum rumpentibus, ne timoris indicium esset. proelia
de occupando ponte crebra erant, nec, qui poterentur, incertis
viribus satis discerni poterat. tum eximia corporis magnitudine 8
in vacuum pontem Gallus processit et, quantum maxima voce
potuit, 'quem nunc' inquit 'Roma virum fortissimum habet, procedat,
agedum, ad pugnam, ut noster duorum eventus ostendat,
utra gens bello sit melior.' diu inter primores iuvenum Roma- **10**
norum silentium fuit, cum et abnuere certamen vererentur et
praecipuam sortem periculi petere nollent; tum T. Manlius L. 2
f., qui patrem a vexatione tribunicia vindicaverat, ex statione
ad dictatorem pergit. 'iniussu tuo' inquit, 'imperator, extra
ordinem numquam pugnaverim, non si certam victoriam videam;
si tu permittis, volo ego illi beluae ostendere, quando adeo ferox 3
praesultat hostium signis, me ex ea familia ortum, quae Gallorum
agmen ex rupe Tarpeia deiecit.' tum dictator 'macte virtute' 4

plötzlicher, gefahrvoller Krieg, bei dem ohne die gewöhnlichen Formalitäten wer irgend tauglich war, auch vom Kriegsdienst Befreite, Sechzigjährige usw., ausgehoben und vereidigt wurden; s. 32, 26, 11; Cic. Phil. 8, 3: *maiores nostri tumultum Italicum, quod erat domesticus, tumultum Gallicum, quod erat Italiae finitimus, praeterea nullum nominabant. gravius autem tumultum esse quam bellum hinc intellegi potest, quod bello vacationes valent, tumultu non valent*; doch bezeichnet *tumultus* auch einen plötzlich entstandenen Kriegslärm, der mehr Verwirrung als Gefahr bringt; s. 2, 26, 1; 5, 37, 8. — *iustitium*] s. 6, 12. — *omnes iuniores . .*] kurze Bezeichnung des *tumultuarius dilectus*; s. 6, 38, 8; 9, 29, 4; 32, 26, 11.

7. *eum**] s. 1, 28, 10. Die folgende Schilderung fand sich, jedoch mit manchen Abweichungen, auch bei Claudius Quadrigarius; s. Gell. a. a. O. — *proelia . .*] anders Claudius: *is* (*Gallus*) *maxime proelio conmoto atque utrisque . . pugnantibus manu significare coepit utrisque, quiescerent. pugnae facta pausa est.* — *qui*] statt *utri*; s. 35, 2; zu 1, 6, 4. — *poterentur*] besitzen, behaupten würden; s. 25, 11, 17; über die Form s. zu 23, 43, 13; über das Tempus s. 2, 55, 9. — *incertis*] s. 4, 6, 2.

8. *discerni*] unterscheiden, beurteilen. — *magnitudine*] vgl. Gell.: *qui et viribus et magnitudine . . antistabat.* — *quantum*] ist mit *potuit* zu verbinden; s. Cic. ad Att. 15, 26, 3: *ut, quantum homo possit, quam cautissime navigem*; gewöhnlich sagt Livius *quantus* (oder *quam*) *maximus* oder *quantus maxime*; s. 9, 10, 10; 10, 40, 8 u. a. — *noster duorum*] s. 40, 9; 6, 23, 9.

10. 1. *praecipuam*] s. 44, 41, 1; vgl. 6, 11, 5.

2. *extra ordinem*] s. 8, 6, 16. 7, 15. — *non si*] = *ne tum quidem, si.*

3. *ego*] im Gegensatze zu dem übrigen Heere. — *ferox*] s. Praef. 11. — *praesultat*] προμαχίζεται, mit dem Nebenbegriff des Verächtlichen; s. 2, 36, 2; nur hier gebraucht. — *quae . .*] verallgemeinert den Ruhm.

4. *macte*] s. zu 2, 12, 14. — *in-*

inquit ‘ac pietate in patrem patriamque, T. Manli, esto. perge
5 et nomen Romanum invictum iuvantibus dis praesta’. armant
inde iuvenem aequales; pedestre scutum capit, Hispano cingitur
gladio ad propiorem habili pugnam; armatum adornatumque ad-
versus Gallum stolide laetum et — quoniam id quoque memoria
dignum antiquis visum est — linguam etiam ab inrisu exseren-
6 tem producunt. recipiunt inde se ad stationem, et duo in medio
armati spectaculi magis more quam lege belli destituuntur, ne-
7 quaquam visu ac specie aestimantibus pares. corpus alteri magni-
tudine eximium, versicolori veste pictisque et auro caelatis reful-
gens armis; media in altero militaris statura modicaque in armis
8 habilibus magis quam decoris species. non cantus, non exultatio
armorumque agitatio vana, sed pectus animorum iraeque tacitae
plenum; omnem ferociam in discrimen ipsum certaminis distu-
9 lerat. ubi constitere inter duas acies, tot circa mortalium animis
spe metuque pendentibus, Gallus velut moles superne inminens
proiecto laeva scuto in advenientis arma hostis vanum caesim

victum . . praesta] s. 10, 14, 11: *invictam gloriam praestent*; vgl. 9, 17, 4,

5. *pedestri*] s. 6, 8, 6. — *Hispano*] ein kurzes, zweischneidiges Schwert; s. 22, 46, 5: *Gallis Hispanisque . . dispares ac dissimiles gladii, Gallis praelongi ac sine mucronibus, Hispano punctim magis quam caesim adsueto petere hostem, brevitate habiles et cum mucronibus.* Dies kam jedoch erst im 2. punischen Kriege in Gebrauch; vgl. 31, 34, 4. Der Anachronismus fand sich schon bei Claudius: *scuto pedestri et gladio Hispanico cinctus.* — *armatum* . .] vgl. 1, 25, 1. — *stolide laetum*] s. 5, 6. — *quoniam*] ‘da einmal’: entschuldigt die anstöſsige Bemerkung. — *linguam . . exserentem*] s. Gellius: *linguam exsertare*; Cic. de or. 2, 266: *demonstravi digito pictum Gallum in Mariano scuto Cimbrico* (Marius hatte es aus der cimbrischen Beute am Forum aufhängen lassen) . . *distortum, eiecta lingua*; vgl. Grimm Gesch. d. deutsch. Spr. 635. — *ab inrisu*] s. 3, 15, 7.

6. *duo*] s. 1, 13, 8. — *in medio*] Claudius: *ea congressio in ipso ponti . . facta est.* — *destituuntur*] sie werden allein gelassen, sich überlassen. — *ac specie*] nicht *aut specie*, weil *visus* und *species*, Erscheinung und Gestalt, nicht wesentlich verschieden sind. — *aestimantibus*] vgl. 6, 14, 2.

7. *versicolori veste*] Claudius: *nudus.* — *auro caelatis*] vgl. Plin. 33, 15: *Gallos cum auro pugnare solitos Torquatus indicio est.* — *refulgens*] ist mehr dichterisch. — *decoris*] = *decoratis*; anders Praef. 6.

8. *agitatio*] vgl. 1, 25, 5: *agitatio anceps telorum armorumque.* — *sed*] ebenso wird ein Satz mit *et* angereiht; s. zu 1, 54, 10. — *pectus*] s. 1, 59, 8; Gellius: *animo magis quam arte confisus.* — *animorum*] s. 1, 34, 4. — *discrimen*] s. 6, 17, 1. — *distulerat*] schlieſst den Erfolg ein; = hielt zurück bis auf.

9. *animis . . pendentibus*] s. 30, 22. — *velut moles*] der Gallier erscheint als Riese, so daſs Manlius unter seinen Schild kommen kann und ihm nur bis an den Leib reicht; s. § 10. — *in advenientis . . deiecit*]

cum ingenti sonitu ensem deiecit; Romanus mucrone subrecto, 10
cum scuto scutum imum perculisset totoque corpore interior
periculo vulneris factus insinuasset se inter corpus armaque, uno
alteroque subinde ictu ventrem atque inguina hausit et in spatium
ingens ruentem porrexit hostem. iacentis inde corpus ab omni 11
alia vexatione intactum uno torque spoliavit, quem respersum
cruore collo circumdedit suo. defixerat pavor cum admiratione 12
Gallos; Romani alacres ab statione obviam militi suo progressi,
gratulantes laudantesque ad dictatorem perducunt. inter carmi- 13
num prope *in* modum incondita quaedam militariter ioculantes
Torquati cognomen auditum; celebratum deinde posteris etiam
familiaeque honori fuit. dictator coronam auream addidit donum 14
mirisque pro contione eam pugnam laudibus tulit. et hercule **11**
tanti ea ad unversi belli eventum momenti dimicatio fuit, ut Gal-
lorum exercitus proxima nocte relictis trepide castris in Tibur-
tem agrum atque inde, societate belli facta commeatuque benigne
ab Tiburtibus adiutus, mox in Campaniam transierit. ea fuit 2

Claudius: *constiterunt*; *Gallus* . . *scuto proiecto cantabundus* . . — *vanum*] der Helm oder der über diesen gehaltene Schild wird nicht durchhauen. — *deiecit*] s. 1, 40, 7.

10. *subrecto*] s. 8, 8, 10; der transitive Gebrauch von *surgere* (*subrigere* = *susrigere*) findet sich bei Verg. Aen. 4, 183; wegen der Gröfse des Galliers wird das Schwert nicht gerade aus, sondern in die Höhe gerichtet. — *interior periculo* . .] d. h. innerhalb des Bereiches der Waffen, näher als dafs er getroffen werden konnte; vgl. 24, 34, 10: *propius* . . *subibant naves, quo interiores ictibus tormentorum essent.* — *factus*] eigentlich: sich gemacht hatte zu einem, 'sich gebracht hatte'; vgl. 1, 56, 8; ein neues Moment enthält *insinuasset* . . — *subinde*] zu wiederholten Malen; s. 21, 20, 8. — *ventrem* . . *inguina*] anders Claudius: *Manlius* . . *scuto scutum percutit*; . . *eo pacto ei sub Gallicum gladium successit atque Hispanico pectus hausit, deinde continuo umerum dextrum* . . *incidit.* — *hausit*] durchbohrte; so auch bei Claudius; vgl. 24, 4; Tac. Hist. 1, 41; vgl. Ov. Met. 5, 126; schon Hom. *Ν* 507: *διὰ δ' ἔντερα χαλκὸς ἤφυσε.* — *spatium ingens*] vgl. Hom. *Π* 776: *κεῖτο μέγας μεγαλωστί.*

11 *vexatione*] ohne zu verletzen, *αἰκίζεσθαι*; Claudius: *ubi eum evertit., caput praecidit, torquem detraxit.* — *intactum*] mit *ab* verbunden auch von Caelius bei Cic. ad fam. 8, 2, 1. — *torque*] ein gegliederter Halsring, wie sie die Gallier trugen; s. 24, 42, 8.

12. *defixerat* . .] s. 3, 47, 6. — *cum admiratione*] vgl. 39, 4; 21, 3, 4.

13. *inter carminum* . .] = *cognomen Torquati auditum inter ioculantes militariter incondita quaedam carminum prope in modum*; zu der verwickelten Wortstellung vgl. Praef. 5; 2, 42, 10; zur Sache s. 5, 49, 7: *inter iocos militares, quos inconditos iaciunt* . . *appellatur.* — *prope in modum*] vgl. 2, 23, 5. — *familiaeque*] nähere Bestimmung zu *posteris*; er wurde Beiname der Familie des Manlius.

11. 1. *societate*] s. 8, 14, 9. — *facta* . . *adiutus*] s. 5, 18, 5.

causa, cur proximo anno C. Poetelius Balbus consul, cum collegae eius M. Fabio Ambusto Hernici provincia evenisset, adversus
3 Tiburtes iussu populi exercitum duceret. ad quorum auxilium cum Galli ex Campania redissent, foedae populationes in Labicano Tusculanoque et Albano agro haud dubie Tiburtibus
4 ducibus sunt factae; et, cum adversus Tiburtem hostem duce consule contenta res publica esset, Gallicus tumultus dictatorem creari coegit. creatus Q. Servilius Ahala T. Quinctium magistrum equitum dixit et ex auctoritate patrum, si prospere
5 id bellum evenisset, ludos magnos vovit. dictator, ad continendos proprio bello Tiburtes consulari exercitu iusso manere, omnes
6 iuniores nullo detractante militiam sacramento adegit. pugnatum haud procul porta Collina est totius viribus urbis in conspectu parentum coniugumque ac liberorum, quae magna etiam absentibus hortamenta animi tum subiecta oculis simul verecundia
7 misericordiaque militem accendebant. magna utrimque edita caede avertitur tandem acies Gallorum. fuga Tibur sicut arcem belli Gallici petunt; palati a consule Poetelio haud procul Tibure excepti, egressis ad opem ferendam Tiburtibus simul cum iis

2. *Balbus*] statt dieses sonst nicht erwähnten Zunamens der Pötelier haben die Fasten *Libo*. — *Hernici*] der Geschäftskreis der Magistrate (3, 2, 3) wird oft mit dem Namen des Volkes bezeichnet, gegen welches Krieg zu führen sie beauftragt sind; s. 19, 8; 3, 10, 9; 6, 30, 3 u. a. — *iussu populi*] ist wohl die 9, 2 erwähnte Kriegserklärung, da sonst der Senat, nicht das Volk, die Provinzen bestimmt; s. 10, 24, 18; zu 28, 40, 3. — *ad quorum auxilium*] s. 4, 29, 8. — *ex Campania*] s. 1, 3; Nonius S. 480 *spoliari: Quadrigarius annali: ita per sexennium vagati Apuliam atque agrum Campanum exspoliabantur.* — *Labicano* ..] s. 3, 25, 6. — *Albano*] von Alba Longa; Polybios, der die 6, Kap. 42 und 7, Kap. 10 erwähnten Kriege nicht kennt oder übergangen hat, berichtet 2, 18, 6: *παραγενομένων δὲ πάλιν τῶν Κελτῶν εἰς Ἄλβαν στρατεύματι μεγάλῳ μετὰ τὴν τῆς πόλεως κατάληψιν ἔτει τριακοστῷ, τότε μὲν οὐκ ἐτόλμησαν ἀντεξαγαγεῖν Ῥωμαῖοι τὰ στρατόπεδα.* Vgl. Mms. RF. 2, 363. — *ducibus*] auf ihren Antrieb und unter ihrer Leitung.

4. *contenta .. esset*] nur bedurfte oder bedurft hätte. — *dictatorem creari*] wie 9, 6; der Acc. c. inf. bei *cogere* findet sich bisweilen bei Livius (s. 21, 8, 12. 31, 8 u. a.), selten bei Cicero. — *Servilius*] s. 4, 1. — *Quinctium*] s. 9, 3. — *prospere* ..] vgl. 42, 28, 7: *ut id (bellum) prosperum eveniret*; zu 5, 51, 5. — *ludos magnos*] s. 5, 31, 2; vgl. 8, 40, 2. — *omnes iuniores*] s. 9, 6.

6. *porta . . urbis*] s. Praef. 1. — *porta Collina*] ähnlich 9, 7. — *hortamenta*] vgl. Tac. G. 7: *et in proximo pignora, unde feminarum ululatus audiri, unde vagitus infantium.*

7. *belli Gallici*] um das Unwürdige zu bezeichnen: eine latinische Stadt ist der Stützpunkt des gallischen Krieges. — *cum iis*] s. 9, 1: *eorum*; 9, 7: *eum*; vgl. 32, 38, 7.

intra portas conpelluntur. egregie cum ab dictatore tum ab con- 8
sule res gesta est. et consul alter Fabius proeliis primum parvis, postremo una insigni pugna, cum hostes totis adorti copiis
essent, Hernicos devincit. dictator consulibus in senatu et apud 9
populum magnifice conlaudatis et suarum quoque rerum illis remisso honore dictatura se abdicavit. Poetelius de Gallis Tiburtibusque geminum triumphum egit; Fabio satis visum, ut ovans urbem iniret.

Inridere Poeteli triumphum Tiburtes: ubi enim eum secum 10
acie conflixisse? spectatores paucos fugae trepidationisque Gallorum extra portas egressos, postquam in se quoque fieri impetum viderint et sine discrimine obvios caedi, recepisse se intra
urbem: eam rem triumpho dignam visam Romanis. ne nimis 11
mirum magnumque censerent tumultum exciere in hostium portis, maiorem ipsos trepidationem ante moenia sua visuros. ita- **12**
que insequenti anno M. Popilio Laenate Cn. Manlio consulibus primo silentio noctis ab Tibure agmine infesto profecti ad urbem
Romam venerunt. terrorem repente ex somno excitatis subita 2
res et nocturnus pavor praebuit, ad hoc multorum inscitia, qui
aut unde hostes advenissent; conclamatum tamen celeriter ad 3
arma est, et portae stationibus murique praesidiis firmati; et ubi prima lux mediocrem multitudinem ante moenia neque alium quam Tiburtem hostem ostendit, duabus portis egressi consules
utrimque aciem subeuntium iam muros adgrediuntur, apparuit- 4

— *intra . . conpelluntur*] s. 36, 12; 3, 4, 8.

8. *proeliis*] hier als unbedeutende Gefechte von *pugna* unterschieden; s. 4, 27, 5; 5, 26, 9; 40, 48, 2; doch stehen beide oft ohne wesentlichen Unterschied; s. 33, 5. 7; 3, 70, 6; 9, 14, 1. 2. 18, 9; und besonders *proelium* ist nicht selten Bezeichnung von bedeutenden Schlachten; s. 14, 5; 4, 9, 8; 22, 55, 5; 29, 36, 4; 39, 2, 8.

9. *remisso*] aufgegeben, den Konsuln überlassen, zum Opfer gebracht; sonst triumphiert der Diktator und die Konsuln gelten als seine Unterfeldherren; sie kämpfen unter seinen Auspicien; s. 2, 31, 3; 4, 29, 4. 41, 11; Mms. StR. 2^2, 147; auch die Triumphalfasten erwähnen nur die Triumphe der Konsuln. — *Fabio*] von *satis* (*esse*) abhängig, = für Fabius; *visum*: näml. *senatui*. Über die Konstr. vgl. Draeger HS. 2, 266.

10. *inridere*] soll Kap. 12 vorbereiten. — *postquam . . viderint*] s. 1, 1, 8.

12. 1. *Manlio*] mit Beinamen *Capitolinus Imperiosus* — *primo silentio noctis*] s. zu 22, 60, 22.

2. *multorum inscitia*] *inscitia* hier Unkenntnis; vgl. 34, 13; der Zusatz *multorum* ist in Bezug auf § 3 nicht klar, da, wenn auch nur wenige es gewufst hätten, die Ungewifsheit leicht hätte gehoben werden können. — *qui . . advenissent*] von *inscitia* abhängig; s. 28, 19, 5.

3. *stationibus*] sonst stehen diese auch vor den Thoren; s. 3, 5, 4. — *praesidiis firmati*] durch starke . . gesichert. — *ostendit*] s. 9, 35, 2; vgl. 3, 15, 8: *aperuit*. — *duabus*] wohl die Esquilina und Praenestina oder Collina.

que occasione magis quam virtute fretos venisse; adeo vix primum impetum Romanorum sustinuere. quin etiam bono fuisse Romanis adventum eorum constabat, orientemque iam seditionem inter patres et plebem metu tam propinqui belli conpressam.

5 Alius adventus hostium fuit proximo anno agris terribilior
6 quam urbi: populabundi Tarquinienses fines Romanos, maxime qua ex parte Etruriam adiacent, peragravere; rebusque nequiquam repetitis novi consules iis C. Fabius et C. Plautius iussu populi bellum indixere; Fabioque ea provincia, Plautio Hernici evenere.
7 Gallici quoque belli fama increbrescebat. sed inter multos terrores solacio fuit pax Latinis petentibus data, et magna vis militum ab iis ex foedere vetusto, quod multis intermiserant annis,
8 accepta. quo praesidio cum fulta res Romana esset, levius fuit,

4. *seditionem*] wahrscheinlich bezieht sich hierauf Cic. Brut. 56: *licet aliquid etiam de M. Popilli ingenio suspicari, qui cum consul esset eodemque tempore sacrificium publicum cum laena faceret, quod erat flamen Carmentalis, plebi contra patres concitatione et seditione nuntiata, ut erat laena amictus, ita venit in contionem seditionemque cum auctoritate tum oratione sedavit.*

5. *alius adventus hostium*] = *aliorum hostium adventus*; s. 1, 1, 4. — *fuit*] ist auffallend gestellt. — *anno**] es ist das § 6: *novi consules* bezeichnete Jahr; vgl. 6, 34, 3. — *agris*] im Gegensatze zu § 1 f. Die Etrusker haben seit dem J. 369 (s. 6, Kap. 9 ff.) nichts gegen Rom unternommen.

6. *qua ex parte*] s. 3, 5; zur Sache s. 18, 2; 6, 9, 4; Diodor kennt das hier und 15, 10 Erzählte nicht; vgl. 16, 2. — *Etruriam adiacent*] seltene Konstruction statt *Etruriae* (2, 49, 9; 10, 31, 2; 26, 42, 4) oder *ad Etruriam*; vgl. Nep. Timoth. 2, 1: *gentes, quae mare illud adiacent*; so auch bei Cäsar. — *C. Fabius*] bei Diodor 16, 23 *M. Fabius.* — *indixere*] durch Fetialen.

7. *pax . . data*] der Umstand, dafs usw. Da vorher von einem Kriege nicht die Rede gewesen ist, so soll wohl nur gesagt werden, dafs das nach dem Einfall der Gallier aufgelöste Bündnis und, da es *vetusto* heifst, wahrscheinlich das des Cassius (2, 33, 9) wiederhergestellt worden ist. Auch Polybios, obgleich er die Kriegsereignisse ganz anders darstellt als Livius (s. zu 11, 3), erwähnt die Sache 2, 18, 5: *ἐν ᾧ καιρῷ* (bei dem Kap. 11 erwähnten Einfall der Gallier) *Ῥωμαῖοι . . τὰ κατὰ τοὺς Λατίνους αὖθις πράγματα συνεστήσαντο*; s. Schwegler 2, 338. Der Grund der Erneuerung des Bundes wird durch *Gallici . . increbrescebat* (vgl. 24, 11, 7) angedeutet. Die Herniker haben sich nach Liv. 15, 9 wohl zu gleicher Zeit wieder an Rom angeschlossen; Tibur dagegen (11, 2) und Präneste (§ 8) haben sich sogar mit den Galliern verbunden, also von Latium getrennt oder sie haben noch nicht zu dem latinischen Bundesstaate gehört; s. Diod. 16, 45; Clason 1, 284. Übrigens scheint der neue Vertrag nicht lange bestanden zu haben; s. 19, 6. 25, 5. — *quod*] näml. *foedus*, welches seit 368 (s. 6, 10, 6) unterbrochen, d. h. nicht mehr gehalten worden war.

8. *fulta**] s. 3, 60, 9; das Heer wurde so nach 8, 8, 14 verdoppelt. — *Gallos*] die wie im vorhergehenden Jahre (s. 11, 1) andere Gegen-

quod Gallos mox Praeneste venisse atque inde circa Pedum con-
sedisse auditum est. dictatorem dici C. Sulpicium placuit; con- 9
sul ad id accitus C. Plautius dixit; magister equitum dictatori
additus M. Valerius. hi robora militum ex duobus consularibus
exercitibus electa adversus Gallos duxerunt.

Lentius id aliquanto bellum, quam parti utrique placebat, 10
fuit. cum primo Galli tantum avidi certaminis fuissent, deinde
Romanus miles ruendo in arma ac dimicationem aliquantum Gal-
licam ferociam vinceret, dictatori neutiquam placebat, quando 11
nulla cogeret res, fortunae se committere adversus hostem, quem
tempus deteriorem in dies [et] locis alienis faceret sine praeparato
commeatu, sine firmo munimento morantem, ad hoc iis corpori-
bus animisque, quorum omnis in impetu vis esset, parva eadem
languesceret mora. his consiliis dictator bellum trahebat gra- 12
vemque edixerat poenam, si quis iniussu in hostem pugnasset.
milites aegre id patientes primo in stationibus vigiliisque inter se
dictatorem sermonibus carpere, interdum patres communiter in-
crepare, quod non iussissent per consules geri bellum: electum 13
esse eximium imperatorem, unicum ducem, qui nihil agenti sibi
de caelo devolaturam in sinum victoriam censeat. eadem deinde
haec interdiu propalam ac ferociora his iactare: se iniussu im-
peratoris aut dimicaturos aut agmine Romam ituros; inmisceri- 14
que militibus centuriones, nec in circulis modo fremere, sed iam

den durchzogen hatten; s. Appian. — *Praeneste*] ist, ungeachtet der Unterwerfung (6, 29, 7), wie Tibur, frei und unabhängig. — *circa*] in der Gegend von ..; s. 2, 39, 4.

9. *Sulpicium*] s. 9, 1. — *placuit*] der zu ernennende Diktator wird bisweilen durch den Senat bezeichnet; vgl. Mms. StR. 2², 142. — *additus*] die Ernennung des Magister equitum steht dem Diktator zu; er wird ihm sonst nicht (wie hier, 21, 9. 28, 8; 9, 7, 13) vom Senate oder Konsul beigegeben; s. Mms. StR. 2², 167.

10. *aliquantum*] bei dem Verbum, wie vorher *aliquanto* bei dem Adjektivum regelmäfsig; s. 3, 15, 2; zu 6, 34, 1.

11. *alienis*] s. 5, 48, 2. — *faceret*] ist auffallend gestellt, da *locis alienis* zu *morantem* gehört; vgl. zu 10, 13; 31, 14, 9. — *praeparato*] ist Adjektiv; s. 44, 26, 9: *per quantam .. praeparatam copiam ituri forent*; vgl. 23, 43, 7. — *sine firmo munimento*] steht zu *tempus deteriorem faceret* nur in loser Beziehung. — *eadem*] die aber zugleich usw.; zur Konstr. vgl. zu 4, 15, 3: *eodemque*.

12. *edixerat*] s. 8, 6, 16. — *in stationibus*] wenn sie in gröfserer Zahl auf Posten standen oder Wache hielten; s. 9, 24, 5. — *sermonibus carpere*] s. zu 34, 23, 3. — *patres*] s. § 9.

13. *imperatorem*] insofern er als oberster Magistrat das Imperium und das Oberkommando hat, *ducem*: insofern er faktisch Heerführer ist; hier nur rhetorisch, wie 13, 6 f., nebeneinander gestellt; s. zu 5, 23, 1; vgl. 22, 14, 9. — *devolaturam*] s. 6, 18, 9; 10, 8, 10.

14. *circulis*] wo mehrere zusam-

in principiis ac praetorio in unum sermones confundi, atque in
contionis magnitudinem crescere turba et vociferari ex omnibus
locis, ut extemplo ad dictatorem iretur; verba pro exercitu face-
13 ret Sex. Tullius, ut virtute eius dignum esset. septimum pri-
mum pilum iam Tullius ducebat, neque erat in exercitu, qui qui-
2 dem pedestria stipendia fecisset, vir factis nobilior. is praecedens
militum agmen ad tribunal pergit mirantique Sulpicio non tur-
bam magis quam turbae principem Tullium, imperiis oboedien-
3 tissimum militem ‘si licet, dictator’, inquit ‘condemnatum se
universus exercitus a te ignaviae ratus et prope ignominiae causa
destitutum sine armis oravit me, ut suam causam apud te age-
4 rem. equidem, sicubi loco cessum, si terga data hosti, si signa
foede amissa obici nobis possent, tamen hoc a te impetrari ae-
quum censerem, ut nos virtute culpam nostram corrigere et abo-
5 lere flagitii memoriam nova gloria patereris. etiam ad Aliam
fusae legiones eandem, quam per pavorem amiserant, patriam
profectae postea a Veis virtute recuperavere. nobis deum beni-
gnitate, felicitate tua populique Romani et res et gloria est integra.
6 quamquam de gloria vix dicere ausim, si nos et hostes haud se-
cus quam feminas abditos intra vallum omnibus contumeliis elu-
dunt, et tu imperator noster, quod aegrius patimur, exercitum
tuum sine animis, sine armis, sine manibus iudicas esse et, prius-
quam expertus nos esses, de nobis ita desperasti, ut te manco-
7 rum ac debilium ducem iudicares esse. quid enim aliud esse

men standen. — *principiis*] hier war die *via principalis*, an welcher das Tribunal (s. 13, 2) lag. Dort versammelten sich die Soldaten (daher auch *forum* genannt); s. 28, 24, 10. 25, 5. — *praetorio*] hier der freie Platz vor dem Feldherrnzelte; s. 21, 53, 6. — *vociferari*]*

13. 1. *septimum primum pilum . . ducebat*] er war zum siebenten Male Centurio der ersten Centurie der Triarier; von dem Centurio wird oft *ordines*, *pilum ducere* gebraucht; s. 2, 23, 4; 42, 34, 11; dafs bei *septimum* an eine Wiederholung zu denken, nicht der 7. Manipel der Triarier gemeint ist, zeigt *iam*.

2. *tribunal*] s. 12, 14; 8, 32, 2.

3. *si licet**] näml. *dicere*, = ‘mit Erlaubnis’; vgl. 3, 71, 3, wo aber ein von *licet* abhängiger Infinitiv folgt; die gewöhnliche Höflichkeitsformel war *licetne* oder *licet* als Frage; s. Ter. Heaut. 973. — *destitutum*] s. 10, 4, 4.

4. *sicubi*] s. 6, 26, 6; ist wie das dafür eintretende *si* konzessiv; s. 6, 18, 6. — *loco cessum*] in der Schlacht und sonst den angewiesenen Posten verlassen; das Neutrum sing. (vgl. 8, 5) vertritt wie *data . . amissa* das Abstraktum der vollendeten Thätigkeit; s. 6, 2, 9.

5. *res*] Aufgabe, Kampf.

6. *quamquam*] vgl. 22, 60, 17. — *eludunt*] verhöhnen dürfen; s. 1, 48, 2. — *sine animis, sine armis*] häufige allitterierende Verbindung; s. 6, 29, 2; 27, 16, 1; 28, 14, 5; 31, 41, 13. — *mancorum*] = *sine manibus; debilium*: Invaliden, die wegen Mangel an Kraft unbrauchbar sind.

causae credamus, cur veteranus dux, fortissimus bello, conpressis, quod aiunt, manibus sedeas? utcumque enim se habet res, te de nostra virtute dubitasse videri quam nos de tua verius est.
sin autem non tuum istuc, sed publicum est consilium, et con- 8
sensus aliqui patrum, non Gallicum bellum nos ab urbe, a penatibus nostris ablegatos tenet, quaeso, ut ea, quae dicam, non a militibus imperatori dicta censeas, sed a plebe patribus, — quae si, ut vos vestra habeatis consilia, sic se sua habituram dicat,
quis tandem suscenseat? — milites nos esse, non servos vestros, 9
ad bellum, non in exilium missos? si quis det signum, in aciem educat, ut viris ac Romanis dignum sit, pugnaturos; si nihil armis opus sit, otium Romae potius quam in castris acturos? haec
dicta sint patribus; te, imperator, milites tui oramus, ut nobis 10
pugnandi copiam facias. cum vincere cupimus tum te duce vincere, tibi lauream insignem deferre, tecum triumphantes urbem inire, tuum sequentes currum Iovis optimi maximi templum gra-
tantes ovantesque adire.' orationem Tulli exceperunt preces 11
multitudinis, et undique, ut signum daret, ut capere arma iube-
ret, clamabant. dictator quamquam rem bonam exemplo haud **14**
probabili actam censebat, tamen facturum, quod milites vellent, *in* se recepit Tulliumque secreto, quaenam haec res sit aut quo
acta more, percunctatur. Tullius magno opere a dictatore petere, 2
ne se oblitum disciplinae militaris, ne sui neve imperatoriae maiestatis crederet; multitudini concitatae, quae ferme auctoribus similis esset, non subtraxisse se ducem, ne quis alius, quales
mota creare multitudo soleret, existeret; nam se quidem nihil 3

7. *conpressis* . .] die Hände in den Schoſs legend. — *quod aiunt*] vgl. 22, 39, 19. — *verius est*] s. zu 32, 33, 4.

8. *sin autem*] weil auch im Vorhergehenden eine Annahme angedeutet ist. — *publicum consilium*] dasselbe wie *consensus patrum*, welche die Plebs aus der Stadt entfernen wollen; s. 3, 10, 9. — *si ut*]*

9. *det signum* . . *educat*] allgemein; daher ohne Objekte. — *ac Romanis*] s. 35, 8; Einl. 16. — *haec dicta sint*] s. 42, 34, 13; vgl. 8, 24, 18.

10. *milites*] Apposition zu dem Subjekt in *oramus*; ohne *nos*, weil kein Gegensatz zu einem anderen Subjekte stattfindet; s. 30, 6; 6, 6, 15: *facimus*; zu 45, 22, 2. — *insignem*] bezieht sich eigentlich auf den Sieg und Triumph. — *templum*] s. 10, 7, 10. — *gratantes*] s. 9, 43, 17; sonst mehr dichterisch; zur Sache vgl. 45, 38, 12.

11. *exceperunt*] bei sächlichem Subjekte; s. 4, 52, 4; 6, 21, 1. — *signum*] s. 6, 12, 7. — *capere*]*

14. 1. *exemplo haud probabili*] s. 10, 15, 11. — *censebat*]* — *in se recepit*] vgl. 10, 40, 11; = er nahm die Verpflichtung auf sich . .; s. zu 33, 13, 15. — *aut quo* . .] s. 1, 1, 7.

2. *quae* . . *esset*] vgl. 3, 71, 5.

3. *nam* . .] der Grund von *ne* . . *crederet*; im folgenden bezieht sich *quoque* auf das Verfahren des

non arbitrio imperatoris acturum; illi quoque tamen videndum magno opere esse, ut exercitum in potestate haberet; differri non posse adeo concitatos animos; ipsos sibi locum ac tempus pu-
4 gnandi sumpturos, si ab imperatore non detur. dum haec loquuntur, iumenta forte pascentia extra vallum Gallo abigenti duo milites Romani ademerunt. in eos saxa coniecta a Gallis, deinde ab Romana statione clamor ortus ac procursum utrimque est.
5 iamque haud procul iusto proelio res erat, ni celeriter diremptum certamen per centuriones esset. adfirmata certe eo casu Tulli apud dictatorem fides est; nec recipiente iam dilationem re in
6 posterum diem edicitur acie pugnaturos. dictator tamen, ut qui magis animis quam viribus fretus ad certamen descenderet, omnia circumspicere atque agitare coepit, ut arte aliqua terrorem hostibus incuteret. sollerti animo rem novam excogitat, qua deinde multi nostri atque externi imperatores, nostra quoque quidam
7 aetate, usi sunt. mulis strata detrahi iubet binisque tantum centunculis relictis agasones partim captivis partim aegrorum armis
8 ornatos inponit. his fere mille effectis centum admiscet equites et nocte super castra in montes evadere ac silvis se occultare iubet neque inde ante moveri, quam ab se acceperint signum.
9 ipse, ubi inluxit, in radicibus montium extendere aciem coepit
10 sedulo, ut adversus montes consisteret hostis. instructo vani terroris apparatu, qui quidem terror plus paene veris viribus

Tullius: wie e r alles gethan habe, um die Soldaten im Gehorsam zu erhalten, so müsse auch in gleicher Weise usw.; durch *tamen* wird der Satz jedoch zugleich *se quidem* .. gegenübergestellt. — *in potestate* ..] in Gehorsam; zur Sache vgl. 2, 59, 5.

4. *iumenta*] Pferde, Maultiere; s. § 7. — *extra vallum*] das Vieh befand sich sonst innerhalb des Walles zwischen den Zelten und dem Wall; zur Sache vgl. 44, 40, 7. — *statione*] der Posten vor dem Lager.

5. *erat, ni**] s. 2, 50, 10. — *recipiente* ..] ‘zuliefs’; s. 29, 24, 7; vgl. zu § 1.

6. *multi nostri*] z. B. Marius; vgl. Frontin 2, 4, 6.

7. *centunculis*] dies sind bunte Decken, wie sie die Reiter hatten; die *strata* dagegen hohe Pack- oder Saumsättel (*clitellae*), an welchen sie erkannt worden wären. Ein anderes Strategem giebt Appian Kelt. 1 an. — *agasones*] s. 43, 5, 8; Lange 1, 464. — *armis ornatos*] = *armatos*; s. 10, 40, 12.

8. *his effectis*] *effici* ist wie *esse* gebraucht in der Konstruktion wie 23, 35, 6: *ea maxima pars volonum erant,* und diese ist in den Abl. abs. übertragen; s. 1, 27, 3. — *admiscet*]* — *neque*] = *et iubet non ante,* statt *vetat.* — *acceperint*]*

9. *sedulo*] absichtlich, angelegentlich; s. 3, 46, 7; mit Nachdruck an das Ende gestellt; vgl. 10, 34, 8.

10. *adversus* ..] zugekehrt, gegenüber; s. 15, 5. — *instructo* ..] ohne Beziehung auf das Subjekt des Hauptsatzes und die Thätigkeit desselben; s. 5, 25, 7; 8, 20, 7; giebt nur die Zeit an, nach welcher das *credere* .. *non descensuros* .. stattfand; das folgende *deinde* .. bezieht sich auf § 9. — *qui quidem*] der jedoch;

profuit, primo credere duces Gallorum non descensuros in ae-
quum Romanos; deinde, ubi degressos repente viderunt, et ipsi
avidi certaminis in proelium ruunt, priusque pugna coepit, quam
signum ab ducibus daretur. acrius invasere Galli dextrum cornu; 15
neque sustineri potuissent, ni forte eo loco dictator fuisset Sex.
Tullium nomine increpans rogitansque, 'sicine pugnaturos milites 2
spopondisset; ubi illi clamores sint arma poscentium, ubi minae
iniussu imperatoris proelium inituros; en ipsum imperatorem
clara voce vocare ad proelium et ire armatum ante prima signa;
ecquis sequeretur eorum, qui modo ducturi fuerint, in castris
feroces, in acie pavidi.' vera audiebant; itaque tantos pudor sti- 3
mulos admovit, ut ruerent in hostium tela alienatis a memoria
periculi animis. hic primo impetus prope vecors turbavit hostes,
eques deinde emissus turbatos avertit. ipse dictator, postquam 4
labantem una parte vidit aciem, signa in laevum cornu confert,
quo turbam hostium congregari cernebat, et iis, qui in monte
erant, signum, quod convenerat, dedit. ubi inde quoque novus 5
clamor ortus est tendere obliquo monte ad castra Gallorum visi
sunt, tum metu, ne excluderentur, omissa pugna est, cursuque

Gegensatz zu *vanus*, da der *apparatus* an sich zwar Blendwerk, aber in seinen Folgen von Bedeutung war. — *terror*] hier wiederholt, weil *qui* nicht auf *apparatu* bezogen werden soll; vgl. 33, 17; 21, 17, 4. — *repente*] bezieht sich wohl auch auf die von den Galliern erwartete Zögerung des Diktators; s. 12, 12.

15. 1. *potuissent*] s. 4, 12, 7.

2. *sicine*] s. 6, 16, 2. — *en*] um den Tadel zu schärfen; s. 28, 27, 8: *in castris en meis.* — *prima signa*] der Hastati; s. 8, 8, 5. — *sequeretur*] s. 5, 2, 9; der Konj. noch von *rogitans* abhängig gedacht, obgleich schon ein Acc. c. inf. dazwischensteht. — *in castris* . .] die nur 'Maulhelden' wären.

3. *alienatis a* . .] abgebracht von dem Gedanken an . .; s. zu 35, 31, 4. — *eques*] s. § 6.

4. *labantem* . .] schliefst sich an *turbavit* an. — *una parte*] s. 4, 28, 2. — *signa* . . *confert*] läfst die Signa sich gegen . . wenden, d. h. richtet den Angriff des Fufsvolks (denn *signa* sind hier die Feldzeichen der *pedites*) gegen . . — *laevum cornu*] § 1 ist der rechte Flügel der Römer, wo der Diktator kommandiert, angegriffen worden. Die Gallier werden hier (also: ihr linker Flügel) zurückgeschlagen und vom Valerius, der die Reiterei befehligt, verfolgt. Darnach ist klar, dafs sich der Diktator § 4 gegen den rechten Flügel der Feinde wendet, und dafs Valerius § 6 den linken Flügel vernichtet. Demnach hat Liv. § 4 *laevum* und § 6 *dextro* unrichtig gebraucht, indem er von der Stellung der Römer aus die links und rechts stehenden Flügel benannte, was militärisch falsch ist.

5. *obliquo monte*] der Berg, welchen die Gallier sich gegenüber sehen, erstreckt sich an der einen Seite nach ihrem Lager zu, so dafs die Agasones schräg an demselben (*obliquo*) hinreitend ihnen in den Rücken kommen konnten; vgl. 38, 20, 8. — *metu*] s. 6, 21, 7. — *excluderentur*] aus *ad castra* zu vervollständigen. — *omissa*] näml. *a*

6 effuso ad castra ferebantur, ubi cum occurrisset eis M. Valerius
magister equitum, qui profligato dextro cornu obequitabat ho-
7 stium munimentis, ad montes silvasque vertunt fugam plurimi-
que ibi a fallaci equitum specie agasonibusque excepti sunt; et
eorum, quos pavor pertulerat in silvas, atrox caedes post seda-
8 tum proelium fuit. nec alius post M. Furium quam C. Sulpicius
iustiorem de Gallis egit triumphum. auri quoque ex Gallicis spo-
liis satis magnum pondus saxa quadrato saeptum in Capitolio
sacravit.
9 Eodem anno et a consulibus vario eventu bellatum; nam
7 essent, truci clamore adgreditur. ab Romanis nec opus inter-
missum — triarii erant, qui muniebant —, et ab hastatis princi-
pibusque, qui pro munitoribus intenti armatique steterant, proe-
8 lium initum. praeter virtutem locus quoque superior adiuvit, ut
pila omnia hastaeque non tamquam ex aequo missa vana, quod
plerumque fit, caderent, sed omnia librata ponderibus figerentur;

den: *omnis iuniores*; s. 11, 5. — *signaque*] s. 3, 69, 8. — *Valerio*] s. 21, 4. — *praetori*] s. 25, 12. — *auctor patribus* ..] s. 6, 6, 10; 23, 41, 2; 24, 2, 11; 35, 25, 5; 9, 4, 8: *se non fuisse auctorem senatui redimendae civitatis*; 45, 26, 5. — *scribendi*] anzuordnen, dafs .. werde; es hätte ausnahmsweise durch den Prätor geschehen müssen; s. zu 32, 8, 6; 39, 20, 4. — *alterius*] dieses könnte, wenn *omnis iuniores* genau zu nehmen ist, nur aus *seniores* und *causarii* bestanden haben.

5. *quem proximum*] s. 4, 20, 8.

6. *avidi ad*] s. 4, 54, 4; 22, 21, 2: *avidi in novas res.* Über die Verbindung *cum* .. *postquam* s. 8, 27, 2; 38, 22, 1; vgl. 25, 15, 15: *cum* .. *ubi*; 26, 40, 8. 48, 8 u. a. — *ut* .. *initura*] die Ansicht der Gallier, die sich einbilden, dafs sie usw.; der Grund von *explicuisset*; vgl. 21, 32, 10; 35, 50, 11. — *initura* .. *rata*] gewöhnlicher werden solche Attribute *per synesin* auf die einzelnen bezogen. — *demitti*]* — *vallo tegi**] sie waren schon damit beschäftigt. — *opportuniores*] s. 6, 24, 3.

7. *triarii*] sonst dienen sie als Besatzung des Lagers oder als Reserve; s. 2, 47, 5. — *steterant*] die bis dahin unter den Waffen gestanden hatten; s. 8, 32, 12.

8. *pila* .. *hastaeque*] vgl. 9, 19, 7: *pilum haud paulo quam hasta vehementius ictu missuque telum*; 8, 8, 7; zu 2, 30, 12. — *hastaeque*] diese führen um diese Zeit die *triarii*; s. 8, 8, 10; auch wurden dieselben zum Stofs (s. 1, 43, 2), nicht zum Wurf gebraucht, wenn dieser nicht durch das Terrain veranlafst war. — *quod plerumque fit*] s. Cic. de div. 2, 45; vgl. Liv. 21, 61, 2: *quod ferme fit*; vgl. zu 6, 34, 5: *ut plerumque solet.* — *librata ponderibus*] durch das Gewicht erhielt das nach unten geworfene Geschofs gröfseren Schwung, der Wurf gröfsere Sicherheit; s. Tac. Hist. 2, 22; Liv. 30, 10, 13: *gravior ac pondere ipso libratior superne ictus erat.*

oneratique telis Galli, quibus aut corpora transfixa aut praegra- 9
vata inhaerentibus gerebant scuta, cum cursu paene in adversum
subissent, primo incerti restitere; dein, cum ipsa cunctatio et his 10
animos minuisset et auxisset hosti, inpulsi retro ruere alii super
alios stragemque inter se caede ipsa foediorem dare; adeo praeci-
piti turba obtriti plures quam ferro necati. necdum certa Romanis 24
victoria erat; alia in campum degressis supererat moles; namque 2
multitudo Gallorum sensum omnem talis damni exsuperans vel-
ut nova rursus exoriente acie integrum militem adversus victo-
rem hostem ciebat; stetitque suppresso impetu Romanus, et 3
quia iterum fessis subeunda dimicatio erat, et quod consul, dum
inter primores incautus agitat, laevo umero matari prope tra-
iecto cesserat parumper ex acie. iamque omissa cunctando vic- 4
toria erat, cum consul vulnere alligato revectus ad prima signa
'quid stas, miles?' inquit; 'non cum Latino Sabinoque hoste
res est, quem victum armis socium ex hoste facias; in beluas 5
strinximus ferrum; hauriendus aut dandus est sanguis. propu-
listis a castris, supina valle praecipites egistis, stratis corporibus
hostium superstatis; conplete eadem strage campos, qua montis

9. *oneratique* ..] nicht mehr von *ut* abhängig, sondern nachdrücklicher als selbständiger Satz angefügt. — *gerebant*] zunächst mit *scuta* zu verbinden, dann aber auch auf *corpora* zu beziehen; vgl. 10, 29, 7: *quibus* (*pilis*) *plerisque in scuta rarisque in corpora ipsa fixis sternitur cuneus*; 38, 27, 1: *inhaerentia corporibus gerentes tela.*

10. *alii super alios*] s. 6, 10, 8; hat hier lokale Bedeutung, bei der *super* mit seinem Kasus ebenso oft voransteht; vgl. 24, 39, 5; 30, 8, 9. — *inter se*] gehört zu dem Begriff *stragem dare*, und *dare* ist gesagt wie 4, 33, 8; 8, 30, 6: *per viros late stragem dedere*; sie richteten unter einander eine Niederlage an, die gröfser war, als das Morden von Seiten der Feinde. — *adeo* ..] giebt nur eine nähere Schilderung des Vorganges.

24. 2. *multitudo*] ist eigentlich das Mittel, durch welches es den Galliern möglich wurde, neue Truppen (zum Kampfe) in Bewegung zu setzen (*ciebat*). — *nova rursus*] s. 10, 29, 1. — *exoriente acie*] s. 8, 8, 13; ist wesentlich dasselbe wie *integrum militem*, und dies ist nur hinzugefügt, um zu *victorem hostem* einen Gegensatz zu bilden.

3. *et quia* .. *et quod*] s. 5, 41, 4. — *matari*] s. Non. S. 556: *materae tela gravia belli. Sisenna:* . . *materibus*; Cäsar hat *matara*; Strabo 4, 4, 3, S. 196 *μάδαρις*; Auct. ad Her. 4, 43: *materis.* — *ex acie*] seltener Ausdruck; vgl. 2, 30, 9.

4. *alligato*] s. Cic. Tusc. 2, 39: *abducet Patricoles* . . *ut volnus obliget*, dann: *quiesce igitur et vulnus alliga*; de div. 1, 123 u. a. — *socium*] ist von den Sabinern (1, 13, 4 ausgenommen) nicht erwähnt. Beide Völker werden auch 40, 46, 12 als Beispiele für diesen Übergang erwähnt; s. Clason 1, 273. 376.

5. *hauriendus*] wir müssen . . vergiefsen oder das unsrige daran geben (vergiefsen lassen); s. 10, 10; 9, 1, 9. — *supina valle*] rücklings das Thal hinab; s. 4, 46, 5: *per supinam vallem*; 6, 24, 3. — *eadem*]

6 replestis. nolite expectare, dum stantes vos fugiant; inferenda
7 sunt signa et vadendum in hostem.' his adhortationibus iterum
coorti pellunt loco primos manipulos Gallorum; cuneis deinde in
8 medium agmen perrumpunt. inde barbari dissipati, quibus nec
certa imperia nec duces essent, vertunt impetum in suos; fusique per campos et praeter castra etiam sua fuga praelati, quod
editissimum inter aequales tumulos occurrebat oculis, arcem Al-
9 banam petunt. consul non ultra castra insecutus, quia et vulnus
degravabat et subicere exercitum tumulis ab hoste occupatis nolebat, praeda omni castrorum militi data victorem exercitum opu-
10 lentumque Gallicis spoliis Romam reduxit. moram triumpho
vulnus consulis attulit eademque causa dictatoris desiderium se-
11 natui fecit, ut esset, qui aegris consulibus comitia haberet. dicta-

sonst pflegt bei *strages* ein Genetiv (*armorum*, *hominum*) zu stehen; vgl. 2, 59, 8; 9, 40, 14.

6. *exspectare*]*

7. *manipulos*] auf die Gallier übertragen, wie oft von den Feinden der Römer *legiones*; s. 2, 26, 3. — *cuneis*] vgl. 8, 10, 6; in enggeschlossenen Gliedern stehende Mannschaften, hier Manipel; im Gegensatz zu dem weiteren Raume, den im statarischen Kampfe die einzelnen einnehmen; vgl. 32, 17, 11; *cohortes cuneum Macedonum — phalangem ipsi vocant — perrumperent*; s. die Stelle zu 23, 9; 2, 50, 9; anders 39, 31, 3 *cuneo pugnare*, wo die keilförmige Schlachtstellung gemeint scheint. — *perrumpunt*] sie dringen (durch die vorderen Reihen) bis in das Centrum der Gallier ein, hinter dem jedoch die Reserve, die dritte Schlachtreihe, steht (daher *vertunt .. in suos*).

8. *nec certa imperia ..*] nach der Art der Barbaren; s. Tac. Germ. 30. — *praelati*] s. 6, 29, 3. — *quod editissimum inter aequales tumulos ..*] der eigentümliche Ausdruck soll andeuten, dafs die Hügel (des Albanergebirges) im ganzen gleich hoch, nur einer etwas höher war, näml. die *arx Albana*; vgl. 33, 7, 9: *tumulum maxime editum inter alios.* Da Livius kaum den bedeutend hohen mons Albanus (Monte Cavo; s. 26, 9, 9), unmittelbar östlich von der Höhe von Alba longa, oder den nördlichen Vorsprung desselben, Rocca di Papa, *tumulus* nennen konnte, so ist wohl ein Teil, wahrscheinlich der südliche, des Bergrückens gemeint, auf dem Alba longa gelegen hatte; s. Schwegler, 1, 341. Nach dem folgenden *tumulis* und 25, 3 haben sie auch nahe Höhen besetzt. Aus der Richtung der Flucht läfst sich abnehmen, dafs die Schlacht, nach 23, 2 *in agro Latino*, nicht weit von dem Albanerberge geliefert wurde, wie eine frühere; vgl. 6, 42, 6; 7, 11, 3; Pol. 2, 18. — *occurrebat*]*

9. *degravabat*] mehr dichterisch; an u. St. absolut gebraucht; s. 4, 33, 11. — *subicere*] er trug Bedenken, unter die Höhen zu rücken und sich einem Angriffe von da auszusetzen, wie die Gallier; s. 23, 10. — *Romam reduxit*] ist wohl nicht streng zu nehmen, da Popilius sonst vor dem Triumph schon in der Stadt gewesen sein würde; s. 6, 16, 5; indes kennt Polybios weder den Sieg noch den Triumph des Popilius; dieser hätte daher auch wohl die Komitien halten können, wenn es nicht die Patrizier gehindert hätten.

tor L. Furius Camillus dictus, addito magistro equitum P. Cornelio
Scipione, reddidit patribus possessionem pristinam consulatus.
ipse ob id meritum ingenti patrum studio creatus consul col-
legam Ap. Claudium Crassum dixit.
Priusquam inirent novi consules magistratum, triumphus 25
a Popilio de Gallis actus magno favore plebis; mussantesque in-
ter se rogitabant, num quem plebei consulis paeniteret; simul 2
dictatorem increpabant, qui legis Liciniae spretae mercedem [con-
sulatum], privata cupiditate quam publica iniuria foediorem, cepis-
set, ut se ipse consulem dictator crearet. annus multis variisque 3
motibus fuit insignis. Galli ex Albanis montibus, quia hiemis
vim pati nequiverant, per campos maritumaque loca vagi popu-
labantur; mare infestum classibus Graecorum erat oraque litoris 4

11. *addito*] s. 14, 10: *instructo*; zur Sache s. 12, 9; 21, 2. — *ipse** .. *creatus*] sonst wird als der Sitte zuwider getadelt, dafs der die Wahl leitende Magistrat sich selbst kreiert; s. zu 3, 35, 8: Clason 1, 364; dies finden die Patrizier an Camillus lobenswert; vgl. 25, 2. — *collegam dixit*] s. 22, 35, 2; 37, 47, 7: *Fulvius consul unus creatur, cum ceteri centurias non explessent; isque postero die .. collegam dixit*, nämlich *comitiis collegae rogando habitis.* Wahrscheinlich hatten auch an u. St. die übrigen Kandidaten nicht die nötige Stimmenzahl, und Claudius wird in einer zweiten Wahlversammlung gewählt; vgl. Mms. StR. 1^2, 209. Dafs eine Kooptation stattgefunden habe, wie manche annehmen, ist nicht glaublich. Übrigens nennt Diodor 16, 59 als Konsuln den M. Aemilius und T. Quinctius; vgl. Cic. Cat. m. 41; CIL. 1, 286.

25. 1. *triumphus* ..] nach den Triumphalfasten wird derselbe *an. CDIII Quirinalibus* gehalten, und da Livius den Amtsantritt bald nach dem Triumphe erfolgt denkt, die Quirinalien aber wohl die am 17. Februar gehaltenen sind, nicht der Dedikationstag des Templum Quirini am 29. Jun. (s. Ephem. epigr. 1, 239), so müfsten die Konsuln etwa im Anfange des März ihr Amt angetreten haben; sonst ist über den Anfangstermin des Amtsjahres in dieser Zeit nichts berichtet; s. 38, 3; 8, 20, 3; Mms. Chron. 100; Clason 1, 159. Der Kap. 26 geschilderte Kampf mit dem Gallier hat nach Gell. 9, 11, 9 *annis quadringentis quinque post Romam conditam* statt gehabt; nach Livius wäre es 406.

2. *privata cupiditate*] die Begierde nach dem Amte, die nicht in seiner Stellung als Diktator, sondern in ihm als Menschen ihren Grund habe; s. 28, 29, 1: *privata pietas.* In Bezug auf *privata* ist *ut* .. *cepisset* erklärend hinzugefügt, da die Verletzung des Licinischen Gesetzes auch erfolgen konnte, ohne dafs er sich selbst wählen liefs; darin, dafs er sich über die Sitte (s. 24, 11) hinwegsetzte, lag ein Zeichen seiner *cupiditas*; vgl. 9, 4; 24, 9, 10: *suspectum cupiditatis imperii consulem.* — *cepisset*] s. 1, 2.

3. *hiemis* .. *nequiverant*] s. dagegen 5, 48, 3: *gens* .. *humorique ac frigori adsueta.*

4. *infestum*] passivisch; s. 6, 5, 3. — *Graecorum*] s. 26, 15. — *oraque litoris*] der Saum des Ufers, der Küstenstrich am Ufer, die Küste da, wo sie in der Nähe von Antium vom Meere bespült wird; umgekehrt

Antiatis Laurensque tractus et Tiberis ostia, ut praedones mari-
timi cum terrestribus congressi ancipiti semel proelio decerta-
rint dubiique discesserint in castra Galli, Graeci retro ad naves,
5 victos se an victores putarent. inter hos longe maximus extitit
terror concilia populorum Latinorum ad lucum Ferentinae ha-
bita responsumque haud ambiguum imperantibus milites Roma-
6 nis datum, absisterent imperare iis, quorum auxilio egerent; La-
tinos pro sua libertate potius quam pro alieno imperio laturos
7 arma. inter duo simul bella externa defectione etiam sociorum
senatus anxius cum cerneret metu tenendos, quos fides non te-
nuisset, contendere omnes imperii vires consules dilectu habendo
iussit; civili quippe standum exercitu esse, quando socialis coetus
8 desereret. undique, non urbana tantum sed etiam agresti iuventute,
decem legiones scriptae dicuntur quaternum milium et ducenorum

38, 18, 12: *alterius orae litora*; Tac. Ann. 2, 78: *vitare litorum oram.* — *Laurensque tractus*] wahrscheinlich dasselbe wie 1, 1, 4: *Laurens ager*; s. zu 8, 13, 5: *Asturae flumen.* Die Flotte der Römer war damals unbedeutend; s. 26, 13; zu 9, 30, 4. — *decertarint*]*

5. *inter hos*] näml. *terrores.* — *concilia*] wahrscheinlich sind die regelmäſsigen Landtage der Latiner gemeint; s. 6, 10, 7; zu 1, 50, 1. — *habita .. datum*] der Umstand daſs; s. 35, 11, 12. — *imperantibus*] s. 3, 4, 11; 8, 2, 13.

6. *pro alieno imperio*] diese Motivierung der Weigerung ist durch die angegebenen Verhältnisse nicht begründet, da das Bündnis gerade zur Abwehr der Gallier erneuert worden war; s. 12, 7; der Abfall ist also zu früh erwähnt oder durch andere Verhältnisse veranlaſst gewesen; vgl. Pol. 2, 18; zu § 12; Clason 1, 61. 90. 281 ff.

7. *simul*] s. 6, 4, 1. — *metu tenendos*] vgl. zu 25, 15, 6. — *contendere**] — *dilectu habendo*] bei der Abhaltung . .; vgl. 21, 2. — *civili . . socialis*] vgl. 28, 44, 5; 42, 35, 6. — *coetus**] bedeutet vielleicht die Gesamtheit, die Masse der Bundesgenossen; s. 9, 10, 8; Tac. Ann. 11, 23: *coetus alienigenarum.* Nach anderen wären so die *concilia* der Latiner mit Verachtung bezeichnet. Immerhin ist der Ausdruck auffallend und ganz ungewöhnlich. — *desereret*] absolut; s. 30, 10; später mehrfach von Soldaten, welche die Fahne verlassen (desertieren); s. Sen. Ep. 15, 3 (95), 35: *et signorum amor et deserendi nefas.*

8. *undique . . iuventute . . legiones scriptae*] ist eigentümlich zusammengestellt, da man *undique ex . . iuventute . . scriptae* (s. 42, 27, 3: *socios navales . . ex civibus Romanis . . scribere iussus*) oder *undique, ex urbe . .* erwartet; Livius scheint bei *urbana . . iuventute* mehr *conscripta* gedacht zu haben. — *sed etiam agresti*] ist wohl, wenn auch in der Zeit, von der die Rede ist, schon Proletarier, (s. 8, 20, 4) in dem Heere dienten (s. Lange 2, 23), mehr nach den späteren Verhältnissen gesagt, als, seit Marius, die capite censi ausgehoben wurden, die meistens in der Stadt wohnten, während früher das Land die meisten Soldaten lieferte. — *quaternum milium et ducenorum*] s. 6, 22, 8; 28, 28, 3; vgl. 8, 8, 14; Eutrop: *ex Romanis tantum tirones lecti sunt, factaeque legiones decem, qui modus sexaginta, vel amplius, armatorum milia efficie-*

peditum equitumque trecenorum, quem nunc novum exercitum, 9
si qua externa vis ingruat, hae vires populi Romani, quas vix
terrarum capit orbis, contractae in unum haud facile efficiant;
adeo in quae laboramus sola crevimus, divitias luxuriamque.
Inter cetera tristia eius anni consul alter Ap. Claudius in ipso 10
belli apparatu moritur, redieratque res ad Camillum, cui unico 11
consuli vel ob aliam dignationem haud subiciendam dictaturae
vel ob omen faustum ad Gallicum tumultum cognominis dictato-
rem adrogari haud satis decorum visum est patribus. consul 12
duabus legionibus urbi praepositis, octo cum L. Pinario praetore

bat; ebenso Orosius. Dafs Rom eine so grofse Zahl Truppen allein gestellt habe, ist jetzt weniger unwahrscheinlich als 2, 30, 7; denn bei Hieron. Chron. u. d. J. 416 heifst es: *inventa sunt civium centum sexaginta milia*; s. 22, 7; 9, 19, 3; 10, 47, 2; Pol. 2, 24, 14; doch vgl. Liv. 9, 3, 10. 4, 11; 22, 57, 11; Pol. 3, 107, 9. — *equitumque trecenorum*] also 3000; die Zahl (s. 1, 43, 8) ist durch die *equo privato* Dienenden vermehrt; s. 5, 7, 5.

9. *quem nunc novum exercitum*] der Nachdruck liegt, wie *si qua* .. zeigt, auf *novum* (bei Eutrop: *tirones*), wenn bei einer plötzlichen Gefahr ein neues Heer von 10 Legionen auf einmal gestellt werden sollte; vgl. 6, 12, 5. Bekannt ist die Bestürzung des Augustus über den Verlust der 3 Legionen des Varus, obgleich er 25 Legionen unter den Waffen hatte. — *in quae .. sola*] = *in ea sola in quae*; s. zu 5, 6; vgl. zu 1, 29, 4. Zum Ausdruck, der sehr ungewöhnlich ist, vgl. 21, 7, 3: *in opes creverant*; Quint. 8, 2, 18: *in hoc malum .. laboratur*; Senec. de ira 3, 41, 2: *nil in famam laboremus*; Stat. Theb. 5, 200: *vigilant in scelus*.

10. *cetera tristia*] s. 4, 10, 4. — *eius anni*] was diesem J. angehört, in dasselbe fällt. — *moritur*] s. CIL. 1, 444 zum J. 405. — *redieratque*] schliefst den Erfolg ein; s. 2, 11. 10, 8. Der Ausdruck *redieratque* res* ist von dem Interregnum (s. 1, 22, 1) auf den Konsul übertragen (vgl. 6, 6, 3), obgleich dieser schon im Amte ist. Im folgenden spricht Livius so, als ob in solchen Fällen nur die Diktatur möglich gewesen wäre, während es Regel war, nach dem Tode des einen Konsuls einen anderen zu wählen; s. 2, 7, 6; Mms. StR. 2^2, 77. Camillus scheint sich über diese ebenso wie über die 24, 11 erwähnte Regel hinweggesetzt zu haben.

11. *unico*] hier = dem einzigen und zugleich vorzüglichen; s. 22, 27, 3. — *vel .. vel*] sei es .. sei es, anders als *aut .. aut* bei Negationen; s. 22, 2, 6. — *aliam*] 'in anderen Beziehungen', scheint auf das folgende *omen* .. hinzuweisen. — *dignationem*] s. 2, 16, 5; 10, 7, 12. — *cognominis*] zu *omen faustum* gehörig, bezieht sich auf seinen Zunamen *Camillus*, wie Livius den Vater des Konsuls gewöhnlich nennt, und dessen Siege über die Gallier. — *adrogari*] hat sonst andere Bedeutung und scheint hier wie *subrogare*, was von dem Diktator nicht gebraucht werden konnte, gesagt zu sein (= durch eine Rogation ihm an die Seite gesetzt werde) und, da die Ernennung des Diktators nicht infolge einer Rogation stattfand, die Kooptation zu bezeichnen.

12. *Pinario*] s. 3, 4; obgleich bei dem Prätor in der Regel das *imperium militiae* ruht, so kann er doch, da er das volle *imperium*

divisis, memor paternae virtutis Gallicum sibi bellum extra sor-
13 tem sumit, praetorem maritimam oram tutari Graecosque arcere litoribus iussit. et cum in agrum Pomptinum descendisset, quia neque in campis congredi nulla cogente re volebat, et prohibendo populationibus, quos rapto vivere necessitas cogeret, satis domari
26 credebat hostem, locum idoneum stativis delegit. ubi cum *in* stationibus quieti tempus tererent, Gallus processit magnitudine atque armis insignis; quatiensque scutum hasta cum silentium fecisset, provocat per interpretem unum ex Romanis, qui secum
2 ferro decernat. M. erat Valerius tribunus militum adulescens, qui haud indigniorem eo decore se quam T. Manlium ratus, prius sciscitatus consulis voluntatem in medium armatus processit.
3 minus insigne certamen humanum numine interposito deorum factum; namque conserenti iam manum Romano corvus repente
4 in galea consedit in hostem versus. quod primo ut augurium

hat, ein Kommando übernehmen; s. 1, 6; 32, 26, 10. — *Gallicum .. bellum*] Pol. 2, 18, 7: *αὖθις δ' ἐξ ἐπιβολῆς ἑτέρας ἔτει δωδεκάτῳ* (nach 393 a. u. c.; s. 11, 3) *μετὰ μεγάλης στρατιᾶς ἐπιπορευομένων (τῶν Κελτῶν) .. συναγείροντες τοὺς συμμάχους ἀπήντων (οἱ Ῥωμαῖοι). οἱ δὲ Γαλάται καταπλαγέντες .. φυγῇ παραπλησίαν ἐποιήσαντο τὴν ἀποχώρησιν.* Polybios kennt die Kap. 12—23 berichteten Einfälle nicht und setzt hier das 12, 8 erwähnte Verhältnis der Bundesgenossen voraus, das nach § 6 bereits aufgelöst ist. — *extra sortem*] das Los fiel, da ein zweiter Konsul nicht da war, von selbst weg; s. 23, 2. — *iussit*] der Prätor erscheint bei der gemeinsamen Operation dem Konsul untergeordnet.

13. *Pomptinum*] s. § 3.

26. 1. *Gallus*] nach Claudius bei Gellius, mit dem die Darstellung des Livius im ganzen übereinstimmt: *dux Gallorum.* — *quatiens*] = *concutiens*; Claudius: *manu telum reciprocans*; s. 21, 28, 1. — *hasta*] sonst haben die Gallier das *gaesum* oder die *mataris*; s. 24, 3.

2. *M. erat Valerius* ..] eine Form, mit welcher gewöhnlich die Erzählung beginnt, wenn eine noch nicht genannte Person eingeführt wird; s. 2, 45, 13; 3, 11, 6; 8, 25, 10; 22, 22, 6; 24, 37, 3; 25, 3, 9; = es war da M. Valerius .., und dieser usw.; wenn dieselbe schon irgendwie bezeichnet ist, tritt häufiger *is* hinzu; s. 19, 10; 5, 34, 2; 44, 44, 2 u. a. — *sciscitatus*] s. 10, 2. — *consulis*] Claudius unrichtig: *consulibus.*

3. *minus insigne* ..] der an sich nicht unbedeutende Kampf der beiden Menschen wurde durch das Eintreten der göttlichen Machtäufserung weniger in die Augen fallend, erschien weniger bedeutend, als er ohne dieses gewesen sein würde. Daher hebt auch Livius, sich an die Sage haltend, während Appian dieselbe ganz unbeachtet läfst, nur diese Seite hervor und geht kurz mit *conserenti iam manum* und *obtruncat* über den menschlichen Kampf weg. Über die Wortstellung *insigne .. factum* s. 2, 50, 8; 28, 25, 11; 30, 26, 5; vgl. 42, 6, 2. — *numine*] Gellius: *atque ibi vis quaedam divina fuit.* — *conserenti .. Romano*] freier Dativ, wie bei *venit* 29, 3; bei *accessit* 3, 29, 7 u. a.

4. *quod*] 'diese Erscheinung' überhaupt und ganz besonders in Bezug

caelo missum laetus accepit tribunus, precatus deinde: si divus,
si diva esset, qui sibi praepetem misisset, volens propitius adesset.
dictu mirabile! tenuit non solum ales captam semel sedem, sed 5
quotienscumque certamen initum est, levans se alis os oculosque
hostis rostro et unguibus adpetit, donec territum prodigii talis
visu oculisque simul ac mente turbatum Valerius obtruncat; cor-
vus ex conspectu elatus orientem petit. hactenus quietae utrim- 6
que stationes fuere; postquam spoliare corpus caesi hostis tri-
bunus coepit, nec Galli se statione tenuerunt et Romanorum
cursus ad victorem etiam ocior fuit. ibi circa iacentis Galli corpus
contracto certamine pugna atrox concitatur. iam non manipulis 7
proximarum stationum sed legionibus utrimque effusis res geritur.
Camillus laetum militem victoria tribuni, laetum tam praesen-
tibus ac secundis dis ire in proelium iubet; ostentansque insi-
gnem spoliis tribunum 'hunc imitare, miles', aiebat 'et circa ia-
centem ducem sterne Gallorum catervas'. di hominesque illi 8
adfuere pugnae, depugnatumque haudquaquam certamine ambi-
guo cum Gallis est; adeo duorum militum eventum, inter quos
pugnatum erat, utraque acies animis praeceperat. inter primos, 9
quorum concursus alios exciverat, atrox proelium fuit; alia multi-
tudo, priusquam ad coniectum teli veniret, terga vertit. primo
per Volscos Falernumque agrum dissipati sunt; inde Apuliam ac

auf die letzten Worte: *in hostem versus.* — *si divus* . .] aus Furcht, nicht die rechte Gottheit anzurufen, wird der Ausdruck unbestimmt gehalten; s. 6, 16, 2; 29, 27, 2; Gell. 2, 28, 3 u. a. — *si* . . *si*] altertümlich, später *sive* . . *sive*; vgl. CIL. 1, n. 632; Acta fr. Arv. CLXXXVII 1; CCXIV 9; vgl. Liv. 22, 10, 6. — *praepetem*] vgl. Gell. 7, 6, 3: *praepetes aves ab auguribus appellantur, quae aut opportune praevolant, aut idoneas sedes capiunt.*

5. *dictu mirabile*] s. 9, 41, 18. — *adpetit*] s. Quint. 2, 4, 18: *os oculosque* . . *everberaret*; vgl. Liv. 6, 17, 8. — *orientem*] s. 1, 18, 7.

6. *hactenus*] ist nicht einfach das Zeitmoment, bis zu dem etwas dauert, sondern zugleich die Andeutung einer neuen Reihe von Erscheinungen. — *ocior*] dichterisch.

7. *manipulis*] s. 24, 7. — *praesentibus*] bezeichnet die Gegenwart der Götter und damit zugleich ihre Teilnahme und Wirksamkeit; s. 10, 40, 13; 29, 18, 7. — *aiebat*] s. 1, 24, 5.

8. *adeo*] gleichsam ein Ausruf, der die Schilderung unterbricht, da *inter primos* . . (§ 9) eine weitere, zu § 7 nicht ganz passende Entwickelung von *haudquaquam* . . ist. — *praeceperat*] kurz statt: *praeceperat eum pugnae universae eventum, qui duorum militum fuerat*, oder *eventum similem eventui duorum militum*; vgl. 5, 27, 10; 9, 5, 11; 10, 26, 4.

9. *primos*]* — *alia*] s. 1, 7, 3; anders vorher *alios.* — *teli*] kollektiv; *coniectus teli*: vgl. zu 26, 40, 10; abstrakt: auf Schufsweite, ohne Rücksicht auf das Eintreten des Abwerfens und den Erfolg, der durch *telorum* bezeichnet würde. — *Falernumque*] s. 8, 11, 13. — *Apuliam*] s. 6, 42, 8. — *superum*]*

10 mare superum petierunt. consul contione advocata laudatum tribunum decem bubus aureaque corona donat; ipse iussus ab
11 senatu bellum maritimum curare cum praetore iunxit castra. ibi quia res trahi segnitia Graecorum non committentium se in aciem videbantur, dictatorem comitiorum causa T. Manlium Torquatum
12 ex auctoritate senatus dixit. dictator magistro equitum A. Cornelio Cosso dicto comitia consularia habuit aemulumque decoris sui absentem M. Valerium Corvum — id enim illi deinde cognominis fuit — summo favore populi, tres et viginti natum annos, con-
13 sulem renuntiavit. collega Corvo de plebe M. Popilius Laenas, quartum consul futurus, datus est. cum Graecis a Camillo nulla memorabilis gesta res; nec illi terra nec Romanus mari bellator
14 erat. postremo cum litoribus arcerentur, aqua etiam praeter
15 cetera necessaria usui deficiente Italiam reliquere. cuius populi ea cuiusque gentis classis fuerit, nihil certi est. maxime Siciliae fuisse tyrannos crediderim; nam ulterior Graecia ea tempestate intestino fessa bello iam Macedonum opes horrebat.

27 Exercitibus dimissis cum et foris pax et domi concordia ordinum otium esset, ne nimis laetae res essent, pestilentia civitatem adorta coegit senatum imperare decemviris, ut libros Sibyl-
2 linos inspicerent; eorumque monitu lectisternium fuit. eodem

10. *decem bubus*] s. 37, 3; 26, 48, 14. — *curare*] vgl. 4, 12, 8: *curatio*.

11. *comitiorum causa*] nur zu diesem Zwecke; s. 9, 4; wegen der beschränkten Kompetenz widerspricht die Wahl des Diktators nicht 25, 11. — *Manlium*] s. 19, 10.

12. *Corvum*] bei Claudius heifst er *Corvinus*; s. zu 32, 15. Die beiden berühmten Kämpfer werden so zusammengestellt. — *id . . cognominis*] diese Art Beinamen. — *tres et viginti*] erst später wurde durch die Lex annalis (s. 40, 44, 1) ein höheres Alter festgesetzt. — *renuntiavit*] s. 3, 21, 6.

13. *Popilius*] s. 23, 1; Diodor 16, 66 läfst hier die bei Livius 28, 1 und in den Fasten für 409 a. u. c. angegebenen patrizischen Konsuln, deren Wahl durch den Diktator erklärlich wäre, und dann die von Livius für 406—408 genannten Konsulpaare folgen. — *bellator*] s. 1, 28, 1; zur Sache s. Kap. 25. — *erat*] gehört dem Sinne nach auch zu *illi*.

15. *cuiusque gentis*] da sie schon als Griechen bezeichnet sind, so können nur die verschiedenen Stämme im eigentlichen Griechenland (nachher *ulterior Graecia*), Asien, Unteritalien und Sicilien gemeint sein; = welchem griechischen Staate, ja selbst welchem Stamme sie angehörte; s. 6, 12, 4. — *nihil certi est*] es giebt nichts Gewisses darüber. — *Siciliae fuisse tyrannos*] kurz statt: *classem a tyrannorum aliquo Siciliae missam*. — *tyrannos*] Dionys II, Hiketas u. a.; Niebuhr RG. 3, 99 zweifelt, dafs aus Sicilien eine solche Unternehmung gemacht worden sei. — *intestino*] der erste heilige Krieg.

27—28. Innere Verhältnisse. Krieg mit den Volskern und Aurunkern.

1. *ne . .*] s. 1, 7. — *decemviris*] s. 6, 42, 2. — *lectisternium*] s. 2, 2. Nach Censorinus de die nat. 17

anno Satricum ab Antiatibus colonia deducta restitutaque urbs,
quam Latini diruerant; et cum Carthaginiensibus legatis Romae
foedus ictum, cum amicitiam ac societatem petentes venissent.
idem otium domi forisque mansit T. Manlio Torquato C. Plau- 3
tio consulibus. semunciarium tantum ex unciario faenus factum,
et in pensiones aequas triennii, ita ut quarta praesens esset, so-
lutio aeris alieni dispensata est; et sic quoque parte plebis ad- 4
fecta fides tamen publica privatis difficultatibus potior ad curam

sollen in diesem Jahre die Säkularspiele gefeiert worden sein; vgl. Festus S. 329: *ludi saeculares*; Mms. Chron. 182 f.; Peter Rell. S. 245.

2. *Satricum . . urbs*] der Ort wäre also nach der Übergabe an die Römer und der Zerstörung durch die Latiner (6, 33, 4) wieder im Besitz der Volsker; die Kolonisation von Antium aus läfst annehmen, dafs derselbe nicht weit von dieser Stadt entfernt lag; s. 2, 39, 3. — *cum Carthaginiensibus*] Livius erwähnt hier zuerst ein Bündnis mit Karthago, aber er bemerkt nicht, dafs es das erste gewesen (wenn Orosius 3, 7 sagt: *primum illud ictum cum Carthaginiensibus foedus*, so ist dies entweder ein Zusatz von ihm, indem er den Livius in diesem Sinne verstand, oder er hat es aus einer anderen Quelle entlehnt). Es bleibt also nach ihm die Möglichkeit, das Pol. 3, 22 erwähnte Bündnis aus dem Jahre 245 d. St. als das erste zu betrachten. Das von Livius an u. St. erwähnte Bündnis würde dann das zweite der von Pol. 3, 24 angegebenen sein, und die in demselben vorausgesetzten Verhältnisse, besonders die Roms zu den Latinern, würden ganz zu der Lage, in der sich Rom in jener Zeit befand, stimmen. Da jedoch Diodor 16, 69 das Bündnis von 406 das erste nennt, so hat Mms. Chron. 321 dieses für dasselbe erklärt, welches Polybios als das erste bezeichnet, und bezweifelt, dafs es von Polybios mit Recht in das Jahr 245 gesetzt werde, während andere glauben, dafs Polybios den an u. St. bezeichneten Vertrag unerwähnt gelassen hat; s. 38, 2; 9, 43, 26; Clason 1, 322; vgl. zu 9, 43, 26 und Unger, Rhein. Mus. 37, 189.

3. *Manlio Torquato**] s. 26, 11. — *semunciarium*] es wird auf 5 Procent (4 1/6 auf das zehnmonatliche Jahr) herabgesetzt; s. 16, 1. — *factum*] wohl durch ein Plebiscit; s. Tac. Ann. 6, 16; Lange 2, 35. — Da Livius die Lage der verschuldeten Plebs schon mehrfach geschildert hat (s. 2, 23, 1 ff.; 6, 11, 8. 14. 34, 1. 36, 11), so führt er die nach den Licinischen gegebenen dieselbe betreffenden Gesetze nur kurz an; s. 16, 1. 21, 5. 42, 1; vgl. 8, 28, 8. — *in pensiones aequas*] vgl. 6, 35, 4: *aequis pensionibus*; die Schulden sollen in vier gleichen Raten, die erste (*quarta*; weil *triennii* vorausgegangen ist) sogleich, die drei übrigen je nach Jahresfrist abgetragen werden; vgl. 30, 37, 5: *pensionibus aequis in annos quinquaginta*; 42, 5, 9; Rein PR. 627. Der Grund der Mafsregel ist nicht Insolvenz, sondern die Absicht, das Eintreten des strengen Exekutivverfahrens (s. 19, 5. 21, 8), wenn nicht an dem bestimmten Termine das Kapital zurückgezahlt wird, abzuwenden.

4. *sic quoque*] auch so noch, auch nach diesen Zugeständnissen. — *adfecta*] leidend, angegriffen; s. 5, 18, 4. 52, 9; 6, 3, 2; wahrscheinlich mufsten viele ihre Güter abtreten oder konnten das Geld nicht herbeischaffen. — *fides . . publica*] um

senatui fuit. levatae maxime res, quia tributo ac dilectu super-
sessum.
5 Tertio anno post Satricum restitutum a Volscis M. Valerius
Corvus iterum consul cum C. Poetelio factus, cum ex Latio nun-
tiatum esset legatos ab Antio circumire populos Latinorum ad
6 concitandum bellum, priusquam plus hostium fieret, Volscis arma
inferre iussus ad Satricum exercitu infesto pergit. quo cum An-
tiates aliique Volsci praeparatis iam ante, si quid ab Roma move-
retur, copiis occurrissent, nulla mora inter infensos diutino odio
7 dimicandi facta est. Volsci, ferocior ad rebellandum quam ad
bellandum gens, certamine victi fuga effusa Satrici moenia pe-
tunt. et ne in muris quidem satis firma spe cum corona militum
cincta iam scalis caperetur urbs, ad quattuor milia militum prae-
8 ter multitudinem inbellem sese dedidere. oppidum dirutum atque
incensum; ab aede tantum matris Matutae abstinuere ignem.
praeda omnis militi data. extra praedam quattuor milia dedito-
rum habita; eos vinctos consul ante currum triumphans egit;
9 venditis deinde magnam pecuniam in aerarium redegit. sunt, qui
hanc multitudinem captivam servorum fuisse scribant, idque ma-
gis veri simile est quam deditos venisse.

den öffentlichen Kredit überhaupt (nicht den des Staates) aufrecht zu erhalten, wurde die für viele drükkende Mafsregel angeordnet. — *potior ad*] s. Cic. de fin. 1, 11: *nulla ad legendum potiora.* — *supersessum*] s. 6, 1, 12.

5. *Poetelio*] s. 11, 2. — *ab Antio*] vgl. 6, 6, 4; doch ist nach dem 25, 6 Berichteten die Anzeige der Latiner ebenso unerklärlich als die Furcht der Römer (28, 2), dafs sie sich an dem Kriege mit den Aurunkern beteiligen möchten.

6. *plus hostium*] s. 2, 7, 2; wohl in Bezug auf 28, 1. — *inter infensos*] da sie . . waren, = bei ihrer Erbitterung. — *diutino*] es ist nicht an den 19, 9 erwähnten Einfall der Volsker, sondern an die Kriege vor 377 a. u. c. (s. 6, 33, 3) zu denken.

8. *dirutum . . Matutae*] wie 6, 33, 4; doch müfste die Stadt bald wieder aufgebaut sein, da sie Livius 8, 1, 4 schon wieder erwähnt und Dion. 5, 61 sie unter den latinischen Gemeinden aufzählt; vgl. 6, 16, 6; 9, 12, 5. 16, 3. — *quattuor milia deditorum*] gemeint sind die 4000 Krieger (§ 7); denn insgesamt waren viel mehr zu Gefangenen gemacht worden.

9. *servorum*] was Prädikatsnomen sein sollte (*hanc multitudinem fuisse servos*) hat sich als Genet. epexeg. an das logische Subjekt angeschlossen: aus . . bestanden habe; vgl. 23, 35, 6. — *idque . . deditos*] Livius ist geneigt dies zu glauben, weil sonst der Grundsatz galt *captas, non deditas diripi urbes*; s. 37, 32, 12; es wäre nach seiner Ansicht wenigstens die persönliche Freiheit der Bürger gesichert gewesen; vgl. 42, 8, 5; Val. Max. 6, 5, 1. Allein da sie sich erst bei dem Sturm ergaben, also wohl ohne Bedingung (vgl. 2, 17, 6; 6, 3, 10; 8, 13, 12), so konnte strenger gegen sie verfahren werden. — *magis veri simile est*] s. 21, 38, 4.

Hos consules secuti sunt M. Fabius Dorsuo Ser. Sulpicius 28
Camerinus. Auruncum inde bellum ab repentina populatione
coeptum, metuque, ne id factum populi unius, consilium omnis 2
nominis Latini esset, dictator velut adversus armatum iam Latium
L. Furius creatus magistrum equitum Cn. Manlium Capitolinum
dixit; et cum, quod per magnos tumultus fieri solitum erat, iu- 3
stitio indicto dilectus sine vacationibus habitus esset, legiones,
quantum maturari potuit, in Auruncos ductae. ibi praedonum
magis quam hostium animi inventi; prima itaque acie debellatum
est. dictator tamen, quia et ultro bellum intulerant et sine de- 4
tractatione se certamini offerebant, deorum quoque opes adhi-
bendas ratus inter ipsam dimicationem aedem Iunoni Monetae
vovit; cuius damnatus voti cum victor Romam revertisset, dicta-
tura se abdicavit. senatus duumviros ad eam aedem pro ampli- 5
tudine populi Romani faciendam creari iussit; locus in arce de-
stinatus, quae area aedium M. Manli Capitolini fuerat. consules 6
dictatoris exercitu ad bellum Volscum usi Soram ex hostibus,
incautos adorti, ceperunt.

28. 1. *Dorsuo*] Derselbe Beiname findet sich 5, 46, 2; Livius hat nicht angemerkt, daſs beide Konsuln (s. zu 26, 13) Patrizier sind. — *Auruncum*] s. 2, 16, 8; sie sind seit 2, 26, 6 nicht erwähnt und erheben sich jetzt wohl, weil die Römer ihren Grenzen näher rücken; s. Nieb. RG. 3, 101. Eine Verbindung derselben mit den Latinern, zu denen sie Livius hier rechnet, ist sonst nicht bekannt; er scheint den Namen Latium nicht in der damaligen, sondern in seiner späteren Ausdehnung gebraucht zu haben; vgl. Strabo 5, 3, 4 S. 231: *νυνὶ μὲν οὖν ἡ παραλία μέχρι πόλεως Σινοέσσης ἀπὸ τῶν Ὠστίων Λατίνη καλεῖται, πρότερον δὲ μέχρι τοῦ Κιρκαίου μονον ἐσχήκει την ἐπίδοσιν.* Übrigens hätte das römische Heer, um in das Gebiet der Aurunker zu kommen, durch das Land der Volsker ziehen müssen.

2. *consilium*] asyndetisch; s. 1, 25, 3; 22, 27, 9. — *Furius*] s. 25, 5.

3. *quod . . fieri solitum erat*] s. zu 6, 34, 5; dies wird erst hier bemerkt, nachdem das *iustitium* schon oft erwähnt worden ist; s. 3, 3, 6. — *vacationibus*] s. 9, 6; 3, 69, 6. — *praedonum*] s. 2, 48, 5.

4. *tamen*]* — *sine detractatione*] s. 44, 37, 4. — *offerebant*] näml. als der Diktator ihnen die Schlacht anbot; holt (wie auch *vovit*) nach, was vor *prima . . debellatum est* geschehen ist. — *opes*] hier: die (mächtige) Hülfe; s. 10, 38, 2. — *Monetae* *] von *monere*, Göttin der Erinnerung, ein Beiname der Juno, der nach Suidas s. v. *Μονῆτα* erst im Kriege mit Pyrrhus entstanden sein soll; vgl. Cic. de div. 1, 45; 2, 32. Zu *Monetae* vgl. 4, 7, 12. 20, 8 u. a. — *vovit*] vielleicht steht die Gelobung in Beziehung zu der Angabe mancher Annalisten (s. zu 6, 20, 1), daſs der Vater des Furius bei der Verurteilung des Manlius thätig gewesen sei. — *damnatus voti*] s. Cic. de leg. 2, 41: *voti sponsio, qua obligamur deo*; daher nach Servius: *cum vota suscipimus, rei voti dicimur, donec consequamur beneficium, et donec condamnemur i. e. promissa solvamus*; s. 8, 9, 8.

5. *duumviros*] s. zu 6, 5, 8.

6. *Soram*] eine Stadt der Vols-

Anno post quam vota erat aedes Monetae dedicatur C. Mar-
7 cio Rutilo tertium T. Manlio Torquato iterum consulibus. prodigium extemplo dedicationem secutum, simile vetusto montis Albani prodigio; namque et lapidibus pluit et nox interdiu visa intendi; librisque inspectis cum plena religione civitas esset, senatui
8 placuit dictatorem feriarum constituendarum causa dici. dictus P. Valerius Publicola; magister equitum ei Q. Fabius Ambustus datus est. non tribus tantum supplicatum ire placuit sed finitimos etiam populos, ordoque iis, quo quisque die supplicarent,
9 statutus. iudicia eo anno populi tristia in faeneratores facta, quibus ab aedilibus dicta dies esset, traduntur. et res haud ulla
10 insigni ad memoriam causa ad interregnum rediit; ex interregno, ut id actum videri posset, ambo patricii consules creati sunt M. Valerius Corvus tertium A. Cornelius Cossus.

29 Maiora iam hinc bella et viribus hostium et longinquitate vel

ker im oberen Liristhale; vgl. 9, 23, 1; 10, 1, 1.

6. *aedes Monetae dedicatur*] s. 45, 15, 10; vgl. Ov. Fast. 6, 183: *arce quoque in summa Iunoni templa Monetae ex voto memorant facta, Camille, tuo.* Später war (nach 6, 20, 13; Val. Max. 6, 3, 1) die Münzstätte mit dem Tempel verbunden, und die *libri lintei* wurden in demselben aufbewahrt; s. 4, 7, 12. — *Marcio*] s. 21, 4. — *Manlio*] s. 27, 3.

7. *intendi*] s. 1, 57, 8. — *plena..*] vgl. 6, 5, 6. — *feriarum constituendarum causa*] vgl. fasti cons. a. 497: *latinarum feriarum causa*; Mms. StR. 2², 149. — *feriarum*] s. 3, 5, 14; Macrob. 1, 16, 6; das *novemdiale sacrum*; s. 1, 31, 4.

8. *Valerius*] s. 23, 3. — *datus*] s. 12, 9. — *tribus*] ist, wie der Gegensatz zeigt, das ganze römische Volk (21, 62, 9: *universo populo*), nicht wie 22, 10, 8 die *urbana multitudo* im Gegensatze zu den *agrestes*; an anderen Stellen (s. 3, 7, 7; 27, 51, 9 u. a.) findet sich diese Anordnung nicht; dafs die *supplicatio* nach Tribus gehalten wurde, sagt auch App. Lib. 135: *ϑυσίαι τε καὶ πομπαὶ τοῖς ϑεοῖς ἐγίγνοντο κατα φυλήν.* — *finitimos . . populos*] über die Teilnahme derselben an Spielen s. 4, 35, 4. — *ordoque . .*] eine ähnliche Bestimmung 34, 55, 4; der Gegensatz ist *vaga*; s. 3, 63, 5.

9. *faeneratores*] der erste Fall, dafs der Wucher bestraft wird; dieser scheint durch die neueren Gesetze (s. Kap. 16 und 27) mit einer Geldstrafe bedroht gewesen zu sein; die Ädilen haben vermöge ihres polizeilichen Aufsichtsrechtes die Wucherer wohl mit einer das gesetzliche Strafmafs übersteigenden Mult belegt und nach der Provokation derselben an das Volk in Tributkomitien (*dies dicta*) die Bestrafung durchgesetzt; vgl. 16, 9. — *et*] knüpft etwas ganz Verschiedenes an.

10. *ut id actum . .*] s. 17, 10. 22, 10. — *ambo patricii*] s. § 1. — *Valerius*] s. 27, 5. — *Cornelius*] s. 26, 12.

29—VIII 1. Der erste samnitische Krieg. Cic. de div. 1, 51; Frontin 1, 5, 14; 4, 5, 9; Aur. Vict. 26; Dion. 15, 3; App. Samn. 1.

1. *iam hinc . .*] s. 2, 1, 1; bildet den Übergang zu der neuen, mit der Unterwerfung Italiens schliefsenden Periode; vgl. 6, 1, 1; 21, 1, 1; 31, 1, 1. — *longinquitate*] das

regionum vel temporum [spatio], quibus bellatum est, dicentur.
namque eo anno adversus Samnites, gentem opibus armisque va-
lidam, mota arma; Samnitium bellum ancipiti Marte gestum Pyr- 2
rhus hostis, Pyrrhum Poeni secuti. quanta rerum moles! quo-
tiens in extrema periculorum ventum, ut in hanc magnitudinem,
quae vix sustinetur, erigi imperium posset! belli autem causa 3
cum Samnitibus Romanis, cum societate amicitiaque iuncti es-
sent, extrinsecus venit, non orta inter ipsos est. Samnites Sidi- 4
cinis iniusta arma, quia viribus plus poterant, cum intulissent,
coacti inopes ad opulentiorum auxilium confugere Campanis se-
se coniungunt. Campani magis nomen ad praesidium sociorum 5
quam vires cum attulissent, fluentes luxu ab duratis usu armorum
in Sidicino pulsi agro, in se deinde molem omnem belli verte-
runt. namque Samnites omissis Sidicinis ipsam arcem finitimo- 6
rum Campanos adorti, unde aeque facilis victoria, praedae atque
gloriae plus esset, Tifata, inminentis Capuae colles, cum praesidio

Wort wird wie *longinquus* (s. 4, 18, 2) von Raum und Zeit gebraucht (s. 5, 11, 5; 9, 26, 4) und gehört zu beiden Genetiven. — *validam*] die kräftigsten Stämme derselben (s. 31, 11) bewohnten das Gebirge Mittelitaliens östlich von der kampanischen Ebene, die Frentaner die östliche Ebene bis an das adriatische Meer; stammverwandt waren ihnen die nördlich (s. 8, 29, 4) und südlich (s. 8, 25, 3) von ihnen wohnenden sabellischen Völker (s. 8, 1, 7), die Picenter südlich von Kampanien und die Eroberer Kapuas selbst; s. 4, 37, 1.

2. *extrema periculorum*] der Genetiv bei dem Neutrum plur. eines Adjektivs ist bei Livius häufig; s. 4, 1, 4; 5, 24, 9; 6, 32, 5; 8, 26, 3; 26, 1, 6; 45, 17, 7; vgl. 1, 57, 9; zu 1, 36, 6. — *in hanc* . .] vgl. Praef. 9.

3. *belli* . . *Samnitibus*] die Wortstellung ist frei; vgl. 2, 5, 2: *spem in perpetuum cum iis pacis* u. a. — *Romanis*] s. 26, 3: *conserenti*; 9, 33, 2. — *societate*] s. 19, 4.

4. *Sidicinis*] eine ausonische, den Aurunkern benachbarte Völkerschaft, gleichen Stammes mit denselben; ihre Hauptstadt Teanum lag nordöstlich am mons Massicus, an der späteren Appia via. Nach 8, 22, 1 hätte ihr Gebiet bis Fregellä gereicht; mit ihnen stiefsen die Samniter, als sie am Liris vordrangen, zusammen.

4. *iniusta*] worin die Verletzung des Völkerrechtes (s. 9, 1, 10) bestanden habe, ist nicht angedeutet, denn *quia* . . *poterant* giebt den Grund zu dem ganzen Satze an: weil sie die Macht hatten, setzten sie sich über das Recht hinweg. — *Campanis*] nicht allein die Bewohner Kapuas (obgleich an diese zunächst im folgenden bei *Campani* . . zu denken ist), sondern auch des ager Campanus und der benachbarten Städte; s. 30, 6. 38, 10; 4, 44, 12; 23, 17, 10. Die Samniter, welche sich des Landes bemächtigt hatten (s. 4, 37, 1), sind in Schwelgerei versunken und dadurch ihren Stammesgenossen entfremdet; s. 9, 13, 7.

5. *nomen*] s. 3, 65, 9. — *fluentes*] ein oft gebrauchter Tropus für Verweichlichung und Genufssucht = *effeminati*, *molles*; vgl. Cic. Tusc. 2, 52; de off. 1, 106; anders Liv. 7, 33, 14. — *duratis*] s. 23, 18, 10.

6. *unde*] = *e quibus*. — *Tifāta*]

firmo occupassent, descendunt inde quadrato agmine in plani-
7 tiem, quae Capuam Tifataque interiacet. ibi rursus acie dimicatum; adversoque proelio Campani intra moenia conpulsi, cum robore iuventutis suae acciso nulla propinqua spes esset, coacti sunt ab Romanis petere auxilium.

30 Legati introducti in senatum maxime in hanc sententiam locuti sunt: 'populus nos Campanus legatos ad vos, patres conscripti, misit amicitiam in perpetuum, auxilium praesens a vobis
2 petitum. quam si secundis rebus nostris petissemus, sicut coepta celerius ita infirmiore vinculo contracta esset; tunc enim, ut qui ex aequo nos venisse in amicitiam meminissemus, amici forsitan pariter ac nunc, subiecti atque obnoxii vobis minus essemus;
3 nunc, misericordia vestra conciliati auxilioque in dubiis rebus defensi, beneficium quoque acceptum colamus oportet, ne ingrati
4 atque omni ope divina humanaque indigni videamur. neque hercule, quod Samnites priores amici sociique vobis facti sunt, ad

vgl. zu 24, 12, 3; ein östlich von Kapua an der Grenze von Samnium von Süden nach Norden zu laufender, gegen den Vulturnus sich abdachender Hügelzug. — *praesidio*] ein bleibender Posten (wie 2, 49, 8), von dem aus Plünderungszüge unternommen werden können; s. 30, 15. — *quadrato agmine*] gewöhnlich ein in der Form eines Rechtecks marschierendes Heer, welches sogleich die Schlachtordnung bilden kann; an u. St. wohl = das Heer in Schlachtordnung; s. 21, 5, 16. — *Capuam Tifataque . .*] s. 27, 41, 4; 40, 22, 1; vgl. 21, 30, 11: *campum interiacentem Tiberi ac moenibus Romanis*; das Kompositum findet sich wohl bei früheren Schriftstellern nicht.

7. *acciso*] s. 3, 10, 8. — *spes*] s. 21, 11, 12.

30—31. Die Kampaner unterwerfen sich den Römern.

1. *introducti*] von den Konsuln. — *maxime*] 'im wesentlichen'; Andeutung, dafs die Rede in Rücksicht auf Inhalt und Form nur der Hauptsache nach wiedergegeben ist.

2. *tunc . .*] die Annahme des Nichtwirklichen in der Vergangenheit, im Gegensatz zu der Wirklichkeit in der Gegenwart *ac nunc* (*sumus*) und § 3: *nunc . . oportet*; s. 1, 28, 9; Cic. p. Lig. 16. Auch *venisse* ist bei *meminissemus* gebraucht, nicht *venire*, im Gegensatz zu der im folgenden bezeichneten Gegenwart. — *ut qui*] s. 1, 49, 3. — *ex aequo*] aus dem Zustande der Gleichheit heraus, also in gleicher Selbständigkeit; vgl. 35, 16, 6; 37, 36, 5: *quae disceptatio ex aequo . . relicta est?* Es ist ein *aequum foedus* gemeint; bei *subiecti atque obnoxii* (s. 37, 53, 4) ist an das Verhältnis der Dediticii gedacht; also: es wäre nur eine politische Verbindung, ohne moralische Motive, welche § 3 angiebt; vgl. Thukyd. 1, 32, 2. Auch im folgenden scheint Livius an mehreren Punkten die Rede der Kerkyräer bei Thukydides berücksichtigt zu haben.

4—6. Die Römer thun nichts Unrechtes, wenn sie Kapua unterstützen; vgl. Thukyd. 1, 34.

4. *neque hercule*] s. 11, 1; die Bekräftigung bezieht sich mehr auf das *non valere* als auf *non arbitror*. — *arbitror*] ich, näml. der Princeps legationis: s. § 23: *horreo*. 31, 3. — *ad*

id valere arbitror, ne nos in amicitiam accipiamur, sed ut vetu-
state et gradu honoris nos praestent; neque enim foedere Sam-
nitium, ne qua nova iungeretis foedera, cautum est. fuit quidem 5
apud vos semper satis iusta causa amicitiae velle eum vobis
amicum esse, qui vos appeteret; Campani, etsi fortuna praesens 6
magnifice loqui prohibet, non urbis amplitudine, non agri uber-
tate ulli populo praeterquam vobis cedentes, haud parva, ut arbi-
tror, accessio bonis rebus vestris in amicitiam venimus vestram.
Aequis Volscisque, aeternis hostibus huius urbis, quandocumque 7
se moverint, ab tergo erimus, et quod vos pro salute nostra prio-
res feceritis, id nos pro imperio vestro et gloria semper facie-
mus. subactis his gentibus, quae inter nos vosque sunt, quod 8
prope diem futurum spondet et virtus et fortuna vestra, conti-
nens imperium usque ad nos habebitis. acerbum ac miserum 9
est, quod fateri nos fortuna nostra cogit: eo ventum est, patres
conscripti, ut aut amicorum aut inimicorum Campani simus. si 10
defenditis, vestri, si deseritis, Samnitium erimus; Capuam ergo
et Campaniam omnem vestris an Samnitium viribus accedere ma-
litis, deliberate. omnibus quidem, Romani, vestram misericor- 11
diam vestrumque auxilium aequum est patere, iis tamen maxime,

id valere .., ne] s. 38, 28, 6; vgl. *valere ut* 17, 13. — *nos praestent*] vgl. zu 44, 38, 5. — *neque enim ..*] der Redner fafst nur ins Auge, dafs die Römer mit Kapua, welches selbständig sei und in dem Bündnis der Samniten nicht berührt werde (s. 21, 18, 8), einen Bund schliefsen dürfen ohne Rücksicht darauf, dafs dieselben dadurch sogleich mit ihren Verbündeten in Krieg geraten müssen; s. 31, 2.

5. *velle*] ist nicht mit *eum* zu verbinden, sondern dabei ist *vos* zu denken. — *appeteret*] d. h. sich .. anschliefsen wollte.

6. *Campani*] s. § 9; 13, 10: *milites*; durch das Asyndeton gehoben: ihr handelt nicht nur gerecht, sondern habt von dieser Verbindung auch grofsen Nutzen. — *urbis amplitudine*] s. Flor. 1, 11, 6: *ipsa caput urbium Capua, quondam inter tres maximas numerata*; vgl. 23, 10, 2. — *agri*] das Gebiet der Stadt Kapua und Kampanien überhaupt; s. 31, 1. — *ut arbitror*] wie ich denken sollte. — *accessio*] s. 30, 40, 3; zu *accessio .. venimus* vgl. zu 13, 10.

7. *Aequis Volscisque*] in Bezug auf die früheren Kriege; s. 6, 4, 8; dafs auch latinische Städte dazwischen lagen, ist von Livius übergangen, weil er sie für Bundesgenossen der Römer oder für ihnen unterworfen hält; die Aurunker und Sidiciner (s. 32, 9) sind nicht besonders erwähnt; vgl. 28, 1.

9—10. Um die angegebenen Vorteile zu erlangen, müfst ihr sogleich Kapua schützen, da es sonst den Samnitern anheim fällt. Die folgende Ausführung deutet wie § 2: *obnoxii* schon auf die Deditio hin; vgl. Kap. 31.

9. *amicorum .. simus*] vgl. zu § 19. — *defenditis .. erimus*] vgl. 4, 3, 7; an u. St. ist das Präsens mit Nachdruck gebraucht: wenn ihr jetzt nicht usw.; s. § 21.

11—12. Die Lage der Kampaner macht sie der Unterstützung würdig.

qui, ea inplorantibus aliis [auxilium] dum supra vires suas prae-
12 stant, *ante* omnes ipsi in hanc necessitatem venerunt. quamquam pugnavimus verbo pro Sidicinis, re pro nobis, cum videremus finitimum populum nefario latrocinio Samnitium peti et, ubi conflagrassent Sidicini, ad nos traiecturum illud incendium esse.
13 nec enim nunc, quia dolent iniuriam acceptam Samnites, sed quia gaudent oblatam sibi esse causam, oppugnatum nos veniunt.
14 an, si ultio irae haec et non occasio cupiditatis explendae esset, parum fuit, quod semel in Sidicino agro, iterum in Campania ipsa
15 legiones nostras cecidere? quae est ista tam infesta ira, quam per duas acies fusus sanguis explere non potuerit? adde huc populationem agrorum, praedas hominum atque pecudum actas,
16 incendia villarum ac ruinas, omnia ferro ignique vastata; hiscine ira expleri non potuit? sed cupiditas explenda est. ea ad oppugnandam Capuam rapit; aut delere urbem pulcherrimam aut ipsi
17 possidere volunt. sed vos potius, Romani, beneficio vestro occupate eam, quam illos habere per maleficium sinatis. non loquor apud recusantem iusta bella populum; sed tamen, si ostenderitis auxilia vestra, ne bello quidem arbitror vobis opus fore.
18 usque ad nos contemptus Samnitium pervenit, supra non escen-

11. *ea**] näml. *misericordiam auxiliumque.*

12. *quamquam* ..] Beschränkung von *inplorantibus* .. *praestant*: nicht allein um anderen zu helfen, sondern um sich selbst zu schützen, haben sie Krieg geführt, da die Samniten nur die Unterwerfung Kapuas beabsichtigen. — *latrocinio*] s. 28, 3; dadurch dafs das logische Subjekt in das Genetivverhältnis tritt, wird *latrocinio* gehoben, wie oft bei Livius.

13. *dolent iniuriam acceptam*] vgl. 5, 11, 5. — *causam*] nur einen Vorwand.

14. *an si* ..] rhetorische Begründung; = *satis esse potuit* oder *oportuit* (daher *fuit*); vgl. 9, 9, 12; 31, 21, 3; auf diese geht, nachdem der Gedanke *si ultio irae esset* .. in *quae est* .. *expleri potuit* weiter ausgeführt ist, § 16: *sed cupiditas* .. = *expleri autem non potuit, quod non ira sed cupiditas est* zurück. Es wird vorausgesetzt, dafs die Samniten ihren Sieg nicht hätten verfolgen sollen. — *ultio irae*] die aus dem Zorn hervorgehende Rache; s. 40, 7, 6. — *parum fuit quod*] s. 4, 2, 7; mit *nisi* 6, 40, 18; vgl. zu 27, 10, 5. — *semel* .. *iterum*] in Aufzählungen, giebt mehr die Zahl als die Aufeinanderfolge an; s. 1, 19, 3.

15. *villarum*] mit denen zu Livius' Zeit die Gegend übersät war.

17. *sed* ..] um die Samniten von Kapua abzuhalten, reiche ein blofses Machtgebot der Römer hin. — *potius* .. *quam*] s. 2, 15, 2; in dem ersten Satzgliede mit *potius* findet sich ein Imperativ, wie hier, nur selten. — *non loquor* ..] da unsere Sache gerecht ist, so dürfen wir von euch thätige Hülfe erwarten, aber es bedarf dessen nicht einmal. — *ostenderitis*] und *umbra* sind durch die Stellung gehoben: ihr dürft nur .. durch den blofsen Schatten.

8. *supra*] darüber hinaus bis zu euch, die ihr höher steht und mäch-

dit; itaque umbra vestri auxilii, Romani, tegi possumus, quidquid
deinde habuerimus, quidquid ipsi fuerimus, vestrum id omne
existimaturi. vobis arabitur ager Campanus, vobis Capua urbs 19
frequentabitur; conditorum, parentium, deorum inmortalium nu-
mero nobis eritis; nulla colonia vestra erit, quae nos obsequio
erga vos fideque superet. adnuite, patres conscripti, nutum nu- 20
menque vestrum invictum Campanis et iubete sperare incolu-
mem Capuam futuram. qua frequentia omnium generum multi- 21
tudinis prosequente creditis nos illinc profectos? quam omnia
votorum lacrimarumque plena reliquisse? in qua nunc expecta-
tione senatum populumque Campanum, coniuges liberosque
nostros esse? stare omnem multitudinem ad portas viam hinc fe- 22
rentem prospectantes certum habeo. quid illis nos, patres con-
scripti, sollicitis ac pendentibus animi renuntiare iubetis? alterum 23
responsum salutem victoriam, lucem ac libertatem, alterum —
ominari horreo, quae ferat. proinde ut aut de vestris futuris so-

tiger seid; s. Sall. Jug. 24, 5: *intellego illum supra quam ego sum petere.* — *escendit*]* — *umbra*] s. 32, 21, 31: *sub umbra vestri auxilii latere volunt*, wo aber wirkliche Hülfe gemeint ist; vgl. 38, 51, 4. — *quidquid* * . .] Folgen des geleisteten Beistandes; vgl. zum Ausdr. 25, 6, 23; zum Gedanken 25, 29, 5.

19. *arabitur*] s. 31, 1. — *deorum* . .] Zeichen der tiefsten Unterwürfigkeit, wie § 20; vgl. 31, 5. — *numero . eritis*] ‚ihr werdet uns gelten als', so bei Substantiven ohne *in*, welches beim Pronomen (*in eo, quo, eorum numero*; s. 39, 28, 13) hinzutritt; s. 4, 4, 12. 56, 11; 25, 22, 12; ebenso bei *habere*; s. 8, 24, 4; 22, 59, 14; 30, 42, 9; 45, 20, 8; vgl. 39, 25, 1.

20. *adnuite . . nutum*] wie *facere facinus* u. a.; vgl. Verg. Aen. 12, 187: *nostrum adnuerit nobis Victoria Martem.* — *nutum*] = Wink, Gebot; *numen* = wirksame Macht; der hyperbolische Ausdruck ist durch *et iubete* . . erklärt; vgl. Varro L. L. 7, 85: *numen dicunt esse imperium, dictum ab nutu*; Liv. 4, 8, 2: *sub nutu*; 8, 34, 2: *dictatoris edictum pro numine semper observatum*; 38, 51, 4. Vgl. Preller RM. 52. Über die Zusammenstellung gleichlautender, synonymer Ausdrücke s. 1, 16, 3; 6, 22, 7. Der Darstellung scheint Hom. *A* 528 zu Grunde zu liegen. — *iubete sperare*] s. 2, 12, 14.

21. *omnium generum*] zu *multitudinis* gehörend; = die besteht aus . .; vgl. 21, 12, 8. — *quam . . plena*] durch die Auseinanderstellung werden die Begriffe gehoben; s. 4, 31, 2. 57, 6 u. a.

22. *stare* . .] vgl. 22, 59, 16. — *prospectantes*] s. 5, 48, 6; der Plural steht in Bezug auf die in *multitudo* zu denkenden Personen. — *animi**] s. zu 6, 36, 8. — *iubetis*]*

23. *lucem ac libertatem*] s. zu 6, 17, 2; dieses zweite Glied hat *ac*, während vorher die Verbindung fehlt, ein Wechsel wie 8, 33, 20. — *ominari horreo*] s. 3, 61, 5. — *ferat*] daraus ist zu dem vorhergehenden Satze *feret* zu nehmen; s. 40, 10, 8: *praeferant.* — *proinde ut*] = *proinde consulite de nobis ut consulendum est aut de* . .; *ut* ist vorangestellt, weil es zu beiden Sätzen mit *aut* gehört; so konnte die Präposition im zweiten Gliede leich-

31 ciis atque amicis aut nusquam ullis futuris nobis consulite. summotis deinde legatis cum consultus senatus esset, etsi magnae parti urbs maxima opulentissimaque Italiae, uberrimus ager marique propinquus ad varietates annonae horreum populi Romani
2 fore videbatur, tamen tanta utilitate fides antiquior fuit, responditque ita ex auctoritate senatus consul: 'auxilio vos, Campani, dignos censet senatus; sed ita vobiscum amicitiam institui par est, ne qua vetustior amicitia ac societas violetur. Samnites nobiscum foedere iuncti sunt; itaque arma, deos prius quam homines
3 violatura, adversus Samnites vobis negamus; legatos, sicut ius fasque est, ad socios atque amicos precatum mittemus, ne qua vobis vis fiat'. ad ea princeps legationis — sic enim domo mandatum attulerant —: 'quando quidem' inquit 'nostra tueri adversus vim atque iniuriam iusta vi non vultis, vestra certe defen-
4 detis; itaque populum Campanum urbemque Capuam, agros, delubra deum, divina humanaque omnia in vestram, patres conscripti, populique Romani dicionem dedimus, quidquid deinde
5 patiemur, dediticii vestri passuri.' sub haec dicta omnes, manus ad consules tendentes, pleni lacrimarum in vestibulo curiae pro-

ter fehlen; s. 29, 31, 1; 45, 19, 5. — *nusquam ullis*] vgl. 6, 18, 8.

31. 1. *uberrimus ager*] s. Flor. 1, 11, 3: *omnium non modo Italiae sed toto orbe pulcherrima Campaniae plaga est, nihil mollius caelo.. nihil uberius solo*; vgl. Plin. 3, 60; 18, 109. — *ad varietates..*] für die Schwankungen der Getreidepreise, = wenn Teurung eintreten sollte; vgl. 4, 25, 4. — *fides*] die Bundestreue wäre nur dadurch verletzt worden, dafs die Samniten von Rom sogleich angegriffen werden mufsten, nicht durch den Abschlufs eines Bündnisses mit Kapua an sich; s. 30, 4.

2. *ita . . ne*] s. 22, 61, 5.

3. *legatos . . mittemus*] enthält die Andeutung der Bitte; daher *ne*; der Erfolg war leicht vorauszusehen; s. 30, 4. — *ius fasque**] — *vim . . vi*] s. 1, 49, 3; Cic. p. Sest. 92: *inter hanc vitam perpolitam humanitate et illam immanem nihil tam interest quam ius atque vis.* — *vestra certe . .*] durch die Dedition wurde Kapua usw. Eigentum der Römer, durch dessen Verletzung nun die Samniten das Bündnis gebrochen hätten; s. 32, 1.

4. *in . . dicionem*] s. 5, 27, 14; ist Folge der *deditio* (und wird § 6: *se . . alienae faceret* erklärt), da durch die Deditio das Volk, welches dieselbe einging, das Recht verlor, über irgend etwas, mochte es das ius sacrum oder publicum oder privatum betreffen, zu bestimmen, also seine Souveränität und Selbständigkeit in jeder Beziehung verlor. Kapua wird noch 8, 2, 13 als in diesem Verhältnis zu Rom stehend erwähnt. Indes hätte damals, als die Samniten Kampanien besetzt hielten, die *deditio* (schwerlich ist in der Besetzung der Städte Kap. 38 eine Erinnerung an dieselbe erhalten) doch nicht durchgeführt werden und jetzt nur dazu dienen können, die Römer von dem Vorwurf, das Bündnis mit den Samniten gebrochen zu haben, zu befreien.

5. *sub haec dicta*] vgl. 25, 7, 1. — *in vestibulo*] hier stehen (wie 6, 26, 3) die übrigen Mitglieder der

cubuerunt. commoti patres vice fortunarum humanarum, si ille 6
praepotens opibus populus, luxuria superbiaque clarus, a quo
paulo ante auxilium finitimi petissent, adeo infractos gereret animos, ut se ipse suaque omnia potestatis alienae faceret. tum iam 7
fides agi visa deditos non prodi; nec facturum aequa Samnitium
populum censebant, si agrum urbemque per deditionem factam
populi Romani oppugnarent. legatos itaque extemplo mitti ad 8
Samnites placuit. data mandata, ut preces Campanorum, responsum senatus amicitiae Samnitium memor, deditionem postremo
factam Samnitibus exponerent; peterent pro societate amicitia- 9
que, ut dediticiis suis parcerent neque in eum agrum, qui populi
Romani factus esset, hostilia arma inferrent; si leniter agendo 10
parum proficerent, denuntiarent Samnitibus populi Romani senatusque verbis, ut Capua urbe Campanoque agro abstinerent.
haec legatis agentibus in concilio Samnitium adeo est lerociter 11
responsum, ut non solum gesturos se esse dicerent id bellum,
sed magistratus eorum e curia egressi stantibus legatis praefec-

Gesandtschaft und können von da aus (s. 3, 41, 4), während der Princeps legationis in der Kurie ist, sehen und hören, was in derselben verhandelt wird.

6. *commoti*] vgl. 6, 26, 3; da mit *tum iam* ein neuer Satz beginnt, ist *sunt* zu denken. — *vice fortunarum*] vgl. 26, 37, 5 ff.; anders 1, 25, 6. — *si*] s. 3, 7, 4; 6, 17, 3; 21, 11, 2. — *luxuria superbiaque clarus*] durch beide Fehler waren die Kampaner, später wenigstens, berüchtigt (*clarus*: vgl. 8, 27, 6); s. 29, 5. 32, 7. 38, 5 u. a. — *infractos*] 'ganz gebrochen'; s. 2, 59, 4. — *potestatis alienae faceret*] s. § 9; zu 1, 25, 13 und 24, 1, 1; vgl. 44, 31, 13.

7. *tum*] als die Dedition erfolgt und von den Römern angenommen war. — *fides agi visa*] es schien sich um die (Bewährung der) Bundestreue (§ 1) zu handeln, = *fidei esse visum*; vgl. 6, 13, 7.

8. *data mandata*] vgl. 4, 7, 3: *eius ius*. — *memor*] die Antwort zeigte, dafs der Senat eingedenk gewesen war; s. 1, 28, 11; vgl. 9, 29, 11.

9. *neque*] s. 5, 11, 9.

10. *leniter agendo*] s. 3, 50, 12. — *populi Romani senatusque*] ungewöhnliche Stellung der Wörter; s. 24, 37, 7; 29, 21, 7; Sall. Jug. 41, 2; Cic. ad fam. 15, 2, 4; Vitruv 1 Praef.; vgl. Liv. 8, 4, 11. Der Senat hat die ganze Verhandlung geleitet und erteilt jetzt den Auftrag, indem er die Interessen der Gesamtheit vertritt; *populus Romanus* ist also, wie 1, 24, 5, in ideeller Bedeutung als Staat zu nehmen. — *verbis*] s. 3, 50, 15. — *Campanoque agro*] s. 30, 6.

11. *concilio*] die samnitischen Völker, die *Hirpini*, *Caudini*, *Pentri*, *Caraceni* (Ptol. 3, 1, 67; oder *Carecini*: s. 9, 31, 2; Zon. 8, 7), vielleicht auch die *Frentani*, bildeten einen nur locker zusammenhängenden Bundesstaat (vgl. 8, 23, 8) und hatten wie die Latiner, Äquer u. a. Landtage (*concilia*; vgl. 9, 10, 8: *coetum Samnitium*), auf welche die einzelnen Staaten Abgeordnete schickten; vgl. 8, 39, 10.

11. *ferociter responsum . .*] die Samniten erkannten natürlich die Forderung als das, was sie war, näml. als die Aufkündigung des Bündnisses. — *magistratus*] die

12 tos cohortium vocarent iisque clara voce imperarent, ut praeda-
32 tum in agrum Campanum extemplo proficiscerentur. hac lega-
tione Romam relata positis omnium aliarum rerum curis patres
fetialibus ad res repetendas missis belloque, quia non redderen-
tur, sollemni more indicto decreverunt, ut primo quoque tempore
2 de ea re ad populum ferretur; iussuque populi consules ambo
cum duobus exercitibus ab urbe profecti, Valerius in Campaniam,
Cornelius in Samnium, ille ad montem Gaurum, hic ad Saticulam
3 castra ponunt. priori Valerio Samnitium legiones — eo namque
omnem belli molem inclinaturam censebant — occurrunt; simul
in Campanos stimulabat ira, tam promptos nunc ad ferenda nunc
4 ad accersenda adversus se auxilia. ut vero castra Romana vide-
runt, ferociter pro se quisque signum duces poscere; adfirmare

Vorsteher der Bundesversammlung; s. 10, 13, 3 und 8, 39, 12, wo sie *praetores* genannt werden. Obgleich verschieden von dem *imperator* (s. 8, 39, 9; Clason 2, 102), haben sie doch nach u. St. und 10, 13, 3 die Macht, den Heeren ihre Bestimmung anzuweisen. Das Heer der Samniten wäre nach dem Folgenden nicht mehr in Kampanien, sondern in der Nähe des Versammlungsortes. — *praefectos cohortium*] die spätere römische Bezeichnung der Anführer der Bundestruppen im römischen Heere; vgl. 3, 69, 8.

32—34. Kriegserklärung an die Samniten. Schlacht am Berge Gaurus.

1. *legatione . . relata*] auch das, was die Gesandten gethan und erfahren haben, wird *legatio* genannt; daher *legationem referre, renuntiare*. — *positis*] = *depositis*; s. 1, 19, 4; 8, 4, 3. — *patres*] diese treffen auch sonst alle Vorbereitungen zum Kriege; aber ungewöhnlich, vielleicht nur ungenau ausgedrückt, ist, dafs das Volk erst, nachdem der Krieg bereits angekündigt (*bello indicto*) ist (was nur *iussu populi* erfolgen konnte; vgl. zu 1, 32, 6. 13; 4, 30, 15), befragt und nur der Auszug der Konsuln, den sonst der Senat anordnet, als nach dem Volksbeschlusse erfolgt dargestellt wird. — *fetialibus* . .] sie fordern Schadenersatz; die Römer betrachten den Schaden, welchen die Kampaner erlitten haben, als ihnen selbst zugefügt; s. 6, 7. 16, 2. — Nach Livius' Darstellung führt Rom den Krieg gegen die Samniten allein; das Verhältnis der Latiner (s. 19, 4), die nicht weniger bei demselben beteiligt sein mufsten, bleibt unklar; s. 38, 1.

2. *urbe*]* — *Gaurum*] in einem Winkel zwischen Cumae und Neapolis; s. 33, 18. Cic. de leg. agr. 2, 36. Ob Valerius absichtlich oder vom Feinde gedrängt sich dahin gezogen hat, wird nicht klar. — *Saticulam*] östlich von Kapua an der Grenze von Samnium, scheint ein wichtiger Punkt für die Verteidigung Kampaniens gewesen zu sein; s. 23, 14, 13.

3. *eo*] s. 31, 12. — *namque*] s. 4, 9, 2; sie glauben, die Römer würden nicht in Samnium einrücken (s. jedoch 34, 1), sondern nur Kampanien schützen; ein neuer Grund wird in *simul* . . angegeben. — *accersenda*] diese Form findet sich bisweilen bei Livius; s. 8, 20, 7; 9, 9, 12; mehrfach in der 4. Dekade. — *se*] auf das bei *stimulabat ira* zu denkende Objekt zu beziehen; s. 2, 55, 6.

4. *signum duces poscere*] s. 35, 33, 9.

eadem fortuna Romanum Campano laturum opem, qua Campanus
Sidicino tulerit. Valerius levibus certaminibus temptandi hostis 5
causa haud ita multos moratus dies signum pugnae proposuit
paucis suos adhortatus, ne novum bellum eos novusque hostis 6
terreret; quidquid ab urbe longius proferrent arma, magis magis-
que in inbelles gentes eos prodire. ne Sidicinorum Campanorum- 7
que cladibus Samnitium aestimarent virtutem; qualescumque
inter se certaverint, necesse fuisse alteram partem vinci. Cam-
panos quidem haud dubie magis nimio luxu fluentibus rebus mol-
litiaque sua quam vi hostium victos esse. quid autem esse duo 8
prospera in tot saeculis bella Samnitium adversus tot decora po-
puli Romani, qui triumphos paene plures quam annos ab urbe
condita numeret, qui omnia circa se, Sabinos, Etruriam, Latinos, 9
Hernicos, Aequos, Volscos, Auruncos, domita armis habeat, qui
Gallos tot proeliis caesos postremo in mare ac naves fuga con-
pulerit? cum gloria belli ac virtute sua quemque fretos ire in 10
aciem debere, tum etiam intueri, cuius ductu auspicioque ineunda
pugna sit, utrum, qui, audiendus dumtaxat, magnificus adhorta- 11
tor sit, verbis tantum ferox, operum militarium expers, an qui et

6—8: die Beschaffenheit der Feinde, § 8: die früheren Erfolge der Römer, § 11: die Kriegserfahrung des Anführers lassen den Sieg hoffen.

6. *quidquid* . .] über *quidquid* s. 8, 39, 5; 21, 54, 8; 31, 1, 5; 34, 62, 12; vgl. 10, 33, 7. — *magis magisque*] bezeichnet nur das allmähliche Wachsen, nicht ein Gradverhältnis (*eo magis*); vgl. zu 3, 15, 2. — *inbelles*] pafst mehr auf die Griechen in Unteritalien, auf die Apuler, Sallentiner u. a. als auf die Samniten.

7. *cladibus*] der Mafsstab der Schätzung steht bei früheren Schriftstellern mit *ex*, *ab*, *secundum*, bei späteren zuweilen im blofsen Abl.; s. 7, 10, 6; 22, 8, 4: *non rerum magnitudine* .. *aestimandum*; 34, 49, 7; Tac. Hist. 4, 73: *bona ac mala non sua natura* .. *aestimantur*. — *alteram*] s. 21, 7: *alteri*. — *fluentibus*] s. 29, 5.

8. *duo prospera* . .] Livius kennt nur wenige Momente aus der Geschichte der Samniten; s. 29, 5; 4, 37, 1. — *in tot saeculis*] im Verlaufe von . .; s. 2, 33, 10; 9, 18, 10; vgl. 5, 54, 5. — *adversus*] im Vergleiche mit.

9. *domita armis habeat*] als Unterworfene, in dem nach der Unterwerfung eingetretenen und dauernden Zustande; s. 39, 1; 38, 28, 10 u. a.; dafs jedoch die Völker nicht unterworfen waren, ist in Rücksicht auf einige von Livius selbst angedeutet (s. 30, 7), von anderen zeigt es die Geschichte der folgenden Zeit. — *Gallos*] Übertreibung des 26, 9 Erzählten. — *in mare ac naves*] s. 22, 19, 7.

10. *cum gloria*] schon in Rücksicht auf die eben erwähnten Siege; noch mehr aber . .

11. *audiendus* . .] mit Nachdruck vorangestellt, = der nur verdiene gehört zu werden, wenn er glänzende Reden halte; s. z. B. 6, 37, 11. Zur Sache vgl. 45, 39, 16; Sall. Jug. 85, 10 ff. — *magnificus*] s. 30, 6; 9, 41, 9; 37, 10, 2. — *adhortator*] s. 9, 13, 2. — *tantum*] nach *dumta-*

ipse tela tractare, procedere ante signa, versari media in mole
12 pugnae sciat. 'facta mea, non dicta vos, milites', inquit 'sequi volo nec disciplinam modo sed exemplum etiam a me petere. non factionibus [modo] nec per coitiones usitatas nobilibus, sed
13 hac dextra mihi tres consulatus summamque laudem peperi. fuit, cum hoc dici poterat 'patricius enim eras et a liberatoribus patriae ortus, et eodem anno familia ista consulatum, quo urbs haec con-
14 sulem habuit'; nunc iam nobis patribus vobisque plebei promiscuus consulatus patet, nec generis, ut ante, sed virtutis est prae-
15 mium. proinde summum quodque spectate, milites, decus. non, si mihi novum hoc Corvini cognomen dis auctoribus homines dedistis, Publicolarum vetustum familiae nostrae cognomen
16 memoria excessit; semper ego plebem Romanam militiae domique, privatus, in magistratibus parvis magnisque, aeque tribunus ac consul, eodem tenore per omnes deinceps consulatus colo at-

xat, um abzuwechseln. — *et ipse*] wie er von andern fordert.

12. *inquit*] s. 3, 19, 12. — *disciplinam*] in Bezug auf *audiendus* = Unterweisung, Theorie, Reden über die Kriegführung; vgl. Sall. Jug. 85, 12 f. — *exemplum*] s. Curt. 4, 14, 26: *nec recuso, quominus imitemini me, sive fortitudinis exemplum sive ignaviae fuero.* — *factionibus*] ἑταιρίαι; s. 1, 17, 1; 2, 27, 3; diese sowohl als die *coitiones* (s. zu 3, 65, 8) sind in späterer Zeit gewöhnliche Verbindungen der Kandidaten, um andere nicht zu einem Amte kommen zu lassen, aber sie werden auch schon bei dem 15, 12 erwähnten Gesetze vorausgesetzt und 9, 26, 8 bereits gerichtlich verfolgt; s. Lange 2, 33. 70. Über den Wechsel *factionibus..per coitiones* s. 2, 24, 5: *per metum .. voluntate*; 39, 8, 8.

13—14. Aufforderung zur Tapferkeit, die zu den höchsten Ehrenstellen führen kann.

13. *fuit*] d. h. die Zeit ist vorüber. — *poterat*] s. 6, 40, 17; 21, 18, 4; dagegen der Konjunktiv bei Cic. de or. 1, 1 u. a. — *patricius*] bezeichnet den persönlichen Rang, *patres* die politische Stellung; = du konntest das leicht erreichen, du warst ja von Adel. — *a liberatoribus*] steigernd; über *a* s. 3, 61, 2. — *et . . habuit*] dadurch wurde die Erlangung des Konsulats noch mehr erleichtert.

14. *nunc iam*] im Gegensatz zu *fuit*: der Grund gilt nicht mehr, denn jetzt ist es bereits dahin gekommen, dafs . .; s. 5, 17, 7. — *plebei*] Dativ; s. 22, 25, 10; vgl. 4, 1, 1. — *summum quodque* . .] das Konsulat. Es ist wohl an Cato, Marius und ähnliche *homines novi* zu denken.

15. *non*] s. 5, 51, 1. — *Corvini*] Livius hat hier und 40, 3 diese auch sonst oft vorkommende Form; s. Cic. Cat. m. 60; Gell. 9, 11; Dion. 15, 2; vielleicht hat er den Namen einer anderen Quelle als 26, 12 *Corvus* entlehnt.

16. *militiae*] ist vorangestellt, weil Soldaten angeredet werden; vgl. Ter. Ad. 495: *una semper militiae et domi fuimus*; gewöhnlich heifst es *domi militiaeque.* — — *in magistratibus*] asyndetisch, weil *que* folgt; vgl. 30, 23: *ac.* — *parvis*] es konnte nur das Militärtribunat gemeint sein; s. 5, 9. — *aeque tribunus*] s. 40, 9; vgl. zu 9, 30, 3. — *per omnes deinceps consulatus*] obgleich schon in *ma-*

que colui. nunc, quod instat, dis bene iuvantibus novum atque 17
integrum de Samnitibus triumphum mecum petite.' non alias 33
militi familiarior dux fuit omnia inter infimos militum haud gravate munia obeundo, in ludo praeterea militari, cum velocitatis 2
viriumque inter se aequales certamina ineunt, comiter facilis; vincere ac vinci vultu eodem, nec quemquam aspernari parem, qui se offerret; factis benignus pro re, dictis haud minus liber- 3
tatis alienae quam suae dignitatis memor, et, quo nihil popularius est, quibus artibus petierat magistratus, iisdem gerebat. itaque 4
universus exercitus incredibili alacritate adhortationem prosecutus ducis castris egreditur.

Proelium, ut quod maxime umquam, pari spe utrimque, ae- 5
quis viribus, cum fiducia sui sine contemptu hostium commissum est. Samnitibus ferociam augebant novae res gestae et pau- 6
cos ante dies geminata victoria, Romanis contra quadringentorum

gistratibus magnis enthalten, wird es neben *eodem tenore* (s. 40, 9; 4, 10, 9) als das Bedeutendste noch besonders hervorgehoben. — *deinceps*] attributiv. — *colo atque colui*] das Präsens bezeichnet das *colere* als bleibenden charakteristischen Zug, das Perfekt giebt dazu eine Bestätigung aus der Vergangenheit; kein Hysteron proteron; zur Sache vgl. 40, 8—10.

17. *dis bene iuvantibus*] vgl. 44, 38, 7. — *novum*] weil über einen neuen Feind; *integrum*: wie er noch von niemand erlangt ist.

33. 1. *non alias*] fast gleich *numquam*; s. 45, 7, 2: *non alias . . tanta multitudo occurrit*; vgl. 3, 69, 1. — *munia*] Lager- und Wachdienste u. a.; vgl. 6, 23, 11; 23, 34, 11 u. a.; 24, 35, 7: *munera belli*; vgl. 6, 8, 2; 32, 16, 15; 44, 4, 10. 41, 1; 45, 36, 3.

2. *ludo*] zum Vergnügen angestellte Übungen und Wettkämpfe, verschieden von den eigentlichen Exerzierübungen (*decursio*, *ambulatio*); vgl. Plin. Paneg. 13. — *aequales*] s. 21, 4, 8. — *comiter*] herablassend, freundlich; *facilis*: so dafs er nichts vor anderen voraus haben wollte, = entgegenkommend, zugänglich; s. 2, 15, 2; vgl. 10, 5: *stolide laetum.* — *parem*] ein Gegner; s. 9, 17, 12.

3. *factis benignus pro re*] in seinem Thun gütig, mitteilend nach Mafsgabe der Umstände oder Mittel; s. Caes. BG. 5, 8, 1; Sall. Jug. 50, 2. — *dignitatis memor*] s. Tac. Hist. 5, 1: *comitate et adloquiis officia provocans ac plerumque in . . agmine gregario militi mixtus, incorrupto ducis honore.* — *iisdem artibus*] 'in demselben Geiste'; s. Sall. C. 2, 4; Jug. 85, 1; vgl. zu der Schilderung 1, 9.

4. *prosecutus*] schliefst sich an 32, 17 an.

5. *ut quod maxime umquam*] s. zu 23, 49, 12; Cic. Phil. 9, 17. — *aequis*] von gleichartiger Beschaffenheit; vorher *pari* = gleichgrofs, gleichstark. — *sui*] in Bezug auf die in *utrimque* angedeuteten Subjekte; vgl. 3, 39, 7.

6. *ferociam . .*] es entsprechen sich je zwei Glieder. — *novae . .*] vgl. 26, 2, 1. — *paucos ante dies*] s. 3, 13, 1; ist nicht zu urgieren, da die Verhandlungen mit Kapua, die Gesandtschaft 31, 8, die rerum repetitio 32, 1, auf welche die Kriegserklärung erst in 33 Tagen erfolgte, und der Marsch nach Kapua längere Zeit in Anspruch nahmen;

7 annorum decora et conditae urbi aequalis victoria; utrisque
tamen novus hostis curam addebat. pugna indicio fuit, quos
gesserint animos; namque ita conflixerunt, ut aliquamdiu in neu-
8 tram partem inclinarent acies. tum consul trepidationem inicien-
dam ratus, quando vi pelli non poterant, equitibus inmissis
9 turbare prima signa hostium conatur. quos ubi nequiquam tu-
multuantes in spatio exiguo volvere turmas vidit nec posse aperire
in hostes viam, revectus ad antesignanos legionum cum desiluis-
10 set ex equo, 'nostrum' inquit 'peditum illud, milites, est opus;
agitedum, ut me videritis, quacumque incessero in aciem ho-
stium, ferro viam facientem, sic pro se quisque obvios sternite;
illa omnia, qua nunc erectae micant hastae, patefacta strage vasta
11 cernetis.' *vix* haec dicta dederat, cum equites consulis iussu dis-
currunt in cornua legionibusque in mediam aciem aperiunt viam.
primus omnium consul invadit hostem et, cum quo forte contu-
12 lit gradum, obtruncat. hoc spectaculo accensi dextra laevaque
ante se quisque memorandum proelium ciet; stant obnixi Sam-
13 nites, quamquam plura accipiunt quam inferunt vulnera. ali-
quamdiu iam pugnatum erat, atrox caedes circa signa Samnitium,
fuga ab nulladum parte erat; adeo morte sola vinci destinaverant

vgl. 31, 12. — *aequalis victoria*] eine dem Alter der Stadt gleiche Siegeslaufbahn; s. 32, 8; *victoria* ist nachdrücklich wiederholt; s. 5, 54, 4.

7. *gesserint*] hat Livius von seiner Zeit aus als vergangen bezeichnet, nicht auf *fuit*, wie gewöhnlich, bezogen (*gessisset*); vgl. 22, 6, 6: Cic. p. Quinct. 57; p. Sest. 122; ad fam. 14, 7, 1 u. a. — *aliquamdiu . .*] wahrscheinlich denkt Livius wie 6, 32, 8 an einen Angriff der Legionen selbst (nicht wie 30, 33, 15 der Leichtbewaffneten); dann der Reiterei durch die Intervalle der Manipel; s. 10, 5, 6. — *tumultuantes . . volvere*] mit leerem Getümmel sich herumtreiben.

9. *revectus*] er hat selbst den Reiterangriff geleitet. — *antesignanos*] die Hastati und Principes; s. 4, 37, 11; 8, 8, 7.

10. *sternite*] vgl. Sil. Ital. 15, 662. — *omnia*] wegen *illa* lokal zu nehmen: der ganze Raum, wo; s. 10, 5, 6: *intervalla . . qua*; 21, 47, 5: *vada qua*; 45, 9, 5: *omnia, qua*. — *erectae micant hastae*] sollte man nicht erwarten, da sie noch mit den Reitern im Kampfe sind. Zu *micant* vgl. 21, 7, 8. — *strage*] statt der Erschlagenen selbst; s. 24, 5.

11. *dicta dederat*] s. zu 3, 61, 7; vgl. 29, 2, 12; zur folgenden Schilderung, die eine Bestätigung von 32, 11 enthält, vgl. 2, 19, 5: *non enim duces . .* — *consulis*] 'ihres Konsuls', nachdrücklicher als *eius*. — *cum quo*] vgl. 1, 1, 3: *in quem*. — *contulit gradum*] wie *pedem conferre*; s. 6, 12, 10.

12. *proelium ciet**] der einzelne Soldat, wie sonst die *principes*; s. 1, 12, 2; 3, 18, 8. Das Prädikat hat sich an die Apposition *quisque* angeschlossen; vgl. 2, 22, 6; Cic. de off. 1, 147.

12. *circa signa*] wie 8, 11, 7: *et ante signa et post signa*. — *nulladum*] s. 3, 50, 16. — *destinaverant animis*] sie hatten aus eigenem

animis. itaque Romani, cum et fluere iam lassitudine vires sen- 14
tirent et diei haud multum superesse, accensi ira concitant se in
hostem. tum primum referri pedem atque inclinari rem in fu- 15
gam apparuit; tum capi, occidi Samnis; nec superfuissent multi,
ni nox victoriam magis quam proelium diremisset. et Romani 16
fatebantur numquam cum pertinaciore hoste conflictum, et Sam-
nites, cum quaereretur, quaenam prima causa tam obstinatos
movisset in fugam, oculos sibi Romanorum ardere visos aiebant 17
vesanosque vultus et furentia ora; inde plus quam ex alia ulla re
terroris ortum. quem terrorem non pugnae solum eventu sed
nocturna profectione confessi sunt. postero die vacuis hostium 18
castris Romanus potitur, quo se omnis Campanorum multitudo
gratulabunda effudit. ceterum hoc gaudium magna prope clade **34**
in Samnio foedatum est. nam ab Saticula profectus Cornelius
consul exercitum incaute in saltum cava valle pervium circaque
insessum ab hoste induxit nec prius, quam recipi tuto signa non 2
poterant, inminentem capiti hostem vidit. dum id morae Sam- 3
nitibus est, quoad totum in vallem infimam demitteret agmen,

Antriebe den festen Entschlufs gefafst; s. 6, 6, 7; über den Inf. s. 24, 2, 1; 43, 7, 3; vgl. *obstinare* 23, 29, 7.

14. *fluere*] s. 29, 5; 10, 28, 4; 34, 47, 5. — *accensi ira*] näml. wegen des langen Widerstandes; vgl. 24, 16, 1.

16. *movisset in fugam*] s. 8, 2, 6; das einfache *movere* wäre nur = zum Weichen bringen. — *ardere*] vgl. 6, 13, 2. — *vesanos . .*] scheint in veränderter Konstruktion ohne *esse* auf *visos* bezogen; die Wortstellung chiastisch; in der Miene, dem Blick, schien sich Wahnsinn, in dem Mienenspiel um den Mund blinde Wut auszusprechen; vgl. 2, 61, 6: *contumacia in vultu*; 21, 4, 2.

17. *quem terrorem*] s. 14, 10.

18. *quo . .*] setzt voraus, dafs die Schlacht in der Nähe von Kapua geliefert worden ist, obgleich dieses von dem Gaurus gegen 3 Meilen entfernt liegt. — *gratulabunda*] von Livius zuerst gebraucht.

34 — 38, 5. Decius Mus. Die Schlacht bei Suessula. App. Samn. 1; Frontin 1, 5, 14; 4, 5, 9; Aur. Vict. 26.

1. *prope . . foedatum est*] s. 2, 10, 2. — *Saticula*] s. 32, 2. Der Konsul hätte auf diesem Wege nicht in Samnium einrücken können, wenn die Samniten damals Tifata noch besetzt gehabt hätten. Auch sonst ist die Örtlichkeit und die Stellung der Heere nicht klar, da es Livius nur darauf ankommt, die Grofsthat des Decius zu schildern, welche der des Kriegstribuns Q. Caedicius, die Cato nach Gell. 3, 7 aus der Zeit des ersten punischen Krieges erzählt hatte, sehr ähnlich ist. — *saltum*] da der Konsul nach Samnium einrücken will, so hat der Annalist, dem Livius folgt, vielleicht an den Caudinischen Engpafs gedacht. — *ab hoste*] ein zur Deckung der Grenze aufgestelltes Heer.

2. *nec .. poterant*] vgl. 23, 30, 4. 48, 1; die gewöhnliche Konstruktion s. § 7.

3. *demitteret*] näml. der Konsul, der über eine Höhe in das Thal

P. Decius tribunus militum conspicit unum editum in saltu collem,
inminentem hostium castris, aditu arduum inpedito agmini, ex-
4 peditis haud difficilem. itaque consuli territo animi 'videsne tu'
inquit, 'A. Corneli, cacumen illud supra hostem? arx illa est spei
salutisque nostrae, si eam, quoniam caeci reliquere Samnites,
5 inpigre capimus. ne tu mihi plus quam unius legionis principes
hastatosque dederis; cum quibus ubi evasero in summum, perge
hinc omni liber metu teque et exercitum serva; neque enim
moveri hostis, subiectus nobis ad omnes ictus, sine sua pernicie
6 poterit. nos deinde aut fortuna populi Romani aut nostra virtus
7 expediet.' conlaudatus ab consule accepto praesidio vadit occul-
tus per saltum nec prius ab hoste est visus quam loco, quem
8 petebat, adpropinquavit. inde admiratione paventibus cunctis
cum omnium in se vertisset oculos, et spatium consuli dedit ad
subducendum agmen in aequiorem locum et ipse in summo con-
9 stitit vertice. Samnites, dum huc illuc signa vertunt, utriusque
rei amissa occasione neque insequi consulem nisi per eandem
vallem, in qua paulo ante subiectum eum telis suis habuerant,
possunt nec erigere agmen in captum super se ab Decio tumu-

(*infima vallis*) einrückt. — *unum*] vorangestellt, hebt den Begriff des vereinzelt Hervorragenden. — *in saltu*] die Höhe liegt also in dem Passe selbst, während die Feinde nur die Berge an den Seiten desselben besetzt haben. — *aditu arduum*] vgl. Sall. Jug. 94, 2. — *expeditis haud difficilem*] vgl. 40, 21, 3.

4. *animi*] s. 30, 22; Sall. Hist. IV (49) 7: *exterritos animi.* — *cacumen*] s. Gell. 3, 7, 6: *verrucam.* — *supra hostem*] wie vorher *inminentem*; die Feinde geraten so in dieselbe Lage, in der das römische Heer ist (*subiectus nobis . .*). — *arx*] s. 3, 45, 8; 6, 37, 10; = 'der Fels'. — *reliquere*] haben frei gelassen; vgl. 3, 35, 2; 5, 42, 7. — *capimus*] s. 2, 45, 13.

5. *ne . . dederis*] s. 40, 12. — *plus quam*] in der späteren Legion etwa 2400 M.; bei Gellius: *quadringenti.* — *subiectus ad . . ictus*] ebenso 26, 46, 1; 36, 18, 7; vgl. zu 9, 35, 6: *expositos ad ictus.*

7. *praesidio*] die Truppenabteilung, welche zur Ausführung des Planes, zur Besetzung der Höhe kommandiert wird. — *vadit*] s. 16, 5; 2, 10, 5. — *occultus per saltum*] s. Praef. 11; wie dies habe geschehen können, da die Feinde die Höhen besetzt haben, ist nicht deutlich; anders bei Gellius.

8. *admiratione paventibus*] vor Staunen bebend hatten sie alle Besonnenheit verloren; vgl. Ov. Fast. 3, 362: *sollicitae mentes speque metuque pavent.* — *cunctis*] alle zusammen, nicht einzelne hier und da; das folgende *omnium* = alle, keinen ausgeschlossen. — *cum . . oculos*] mufs schon vor dem *pavere* eingetreten sein und giebt nur genauer an, wie das Folgende habe geschehen können. — *aequiorem*] aus der *cava vallis* zurück; s. § 9: *per eandem . .*

9. *amissa*] sie können sie nicht benutzen, da ihnen dieselbe aus den Händen genommen ist; anders wäre *omissa.*

lum. sed cum ira in hos magis, qui fortunam gerendae rei eri- 10
puerant, tum propinquitas loci atque ipsa paucitas incitat; et 11
nunc circumdare undique collem armatis volunt, ut a consule
Decium intercludant, nunc viam patefacere, ut degressos in
vallem adoriantur. incertos, quid agerent, nox oppressit. De- 12
cium primum spes tenuit cum subeuntibus in adversum collem
ex superiore loco se pugnaturum; deinde admiratio incessit, quod
nec pugnam inirent nec, si ab eo consilio iniquitate loci deterre-
rentur, opere se valloque circumdarent. tum centurionibus ad 13
se vocatis: ‘quaenam illa inscitia belli ac pigritia est, aut quonam
modo isti ex Sidicinis Campanisque victoriam pepererunt? huc
atque illuc signa moveri ac modo in unum conferri, modo diduci
videtis; opus quidem incipit nemo, cum iam circumdati vallo
potuerimus esse. tum vero nos similes istorum simus, si diutius 14
hic moremur, quam commodum sit. agitedum, ite mecum, ut,
dum lucis aliquid superest, quibus locis praesidia ponant, qua
pateat hinc exitus, exploremus.’ haec omnia sagulo gregali amic- 15
tus centurionibus item manipularium militum habitu ductis, ne
ducem circumire hostes notarent, perlustravit. vigiliis deinde 35
dispositis ceteris omnibus tesseram dari iubet, ubi secundae vigi-

10. *sed cum* . .] vgl. 1, 40, 4: *sed et* . .

11. *viam patefacere*] indem sie sich zurückziehen, um ihn herabzulocken.

12. *primum*] s. zu 5, 39, 1. — *in adversum collem*] gegen den Hügel an. — *admiratio*] ‘Verwunderung’, weil das Substantiv *miratio* ungebräuchlich ist; vgl. § 8. — *valloque*] als genauere Bestimmung zu dem allgemeinen *opere* gehörend; s. zu 22, 19, 7; dagegen § 13: *aut quonam*; s. 1, 1, 7.

13. *quaenam illa*] s. 6, 7, 3. 40, 18. — *inscitia*] s. 12, 2; 8, 33, 17; in Prosa gewöhnlich mit einem Gerundium, selten mit dem Gen. obj. eines Nomen verbunden; vgl. Cic. de offic. 1, 144: *inscitia temporis*; Nep. Epam. 7, 4: *inscitia belli*; Tac. Hist. 1, 1. — *in unum conferri*] ‘zum Angriff konzentrieren’; vgl. 15, 4; 33, 19, 7: *in unum conferre vires*; Caes. BG. 2, 25, 1: *signis in unum locum collatis*; vgl. unten 37, 13. — *diduci*]* — *quidem*] dient zur Verstärkung des Asyndeton adversativum. — *nemo*] mit Nachdruck am Schlusse; s. Cic. de off. 1, 129. — *circumdati* . . *esse*] vgl. 37, 19, 5: *possumus perfecisse*: es war möglich, dafs wir . . waren.

14. *tum vero* . . *si*] s. 6, 14, 4. — *diutius* . . *quam* . . *sit*] vgl. 2, 48, 6; zu 22, 38, 8. — *agitedum*] mit folgendem Imperativ; s. 33, 10. 35, 12; 3, 62, 4; vgl. 5, 52, 9; dagegen *agedum* 9, 8 u. a. — *dum** *lucis aliquid* . .] vgl. 4, 39, 5: *dum quicquam superfuit lucis*; 35, 30, 10: *quoad lucis superfuit quicquam*.

15. *sagulo gregario*] wie es die gemeinen Soldaten tragen, im Gegensatze zu den Offizieren des Heeres; *manipularium*: im Gegensatze zu den Soldaten der Legion; an u. St., wie *item* zeigt, nur um abzuwechseln; s. Nipperdey zu Tac. Ann. 1, 21. — *ductis*] vgl. 21, 1, 4: *duceretur*.

35. 1. *tesseram*] die Holztäfelchen, auf denen die Parole stand, dienten zugleich dazu, Befehle (daher

liae bucina datum signum esset, armati cum silentio ad se con-
2 venirent. quo ubi, sicut edictum erat, taciti convenerunt: 'hoc silentium, milites', inquit 'omisso militari adsensu in me audiendo servandum est. ubi sententiam meam vobis peregero, tum quibus eadem placebunt in dextram partem taciti transibitis; quae
3 pars maior erit, eo stabitur consilio. nunc, quae mente agitem, audite. non fuga delatos nec inertia relictos hic vos circumvenit
4 hostis; virtute cepistis locum, virtute hinc oportet evadatis. veniendo huc exercitum egregium populo Romano servastis; erumpendo hinc vosmet ipsos servate; digni estis, *ut*, qui pauci pluribus
5 opem tuleritis, ipsi nullius auxilio egueritis. cum eo hoste res est, qui hesterno die delendi omnis exercitus fortuna per socordiam usus non sit, hunc tam opportunum collem inminentem capiti
6 suo non ante viderit quam captum a nobis; nos tam paucos tot ipse milibus hominum nec ascensu arcuerit, nec tenentes locum, cum diei tantum superesset, vallo circumdederit. quem videntem ac vigilantem sic eluseritis, sopitum oportet fallatis, immo necesse
7 est. in eo enim loco res sunt nostrae, ut vobis ego magis neces-
8 sitatis vestrae index quam consilii auctor sim. neque enim, maneatis an abeatis hinc, deliberari potest, cum praeter arma et animos armorum memores nihil vobis fortuna reliqui fecerit fameque et

convenirent) und Anzeigen an die einzelnen Abteilungen gelangen zu lassen; s. 36, 7; 9, 32, 4. — *secundae vigiliae*] s. 2, 64, 9; Veget 3, 8: *a tubicine omnes vigiliae committuntur et finitis horis a cornicine revocantur*; gewöhnlich wurde jedoch das Zeichen zur Ablösung der Wachen mit der *bucina*, einem hornartig gekrümmten Blasinstrument von Erz, gegeben. — *cum silentio*] *cum* = unter Beobachtung von ..; vgl. *silentio* 3, 54, 10. 72, 1 u. a.; das Blasen mit der Bucina konnte den Feinden, die als bekannt mit dem römischen Kriegswesen gedacht werden (s. 27, 47, 5), nicht auffallen.

2. *militari adsensu*] durch Geschrei; s. 33, 4. 37, 3. — *peregero*] s. zu 1, 18, 10. — *quibus*] näml. *vestrum*; s. 4, 4, 7. — *quae*] s. 9, 7. — *pars maior*] s. 9, 46, 7. — *eo*] Attraktion, statt *eius*. — *stabitur*] s. 6, 6.

4. *veniendo*..] in der Rede herrscht die Anapher vor. — *ipsos*] im Gegensatze zu *exercitum*; s. 2, 9, 5; 33, 17, 10: *armis magis muros quam se ipsos moenibus tutari*. — *digni estis, ut*..] s. 22, 59, 17; das Perfekt *egueritis* schliefst den Erfolg ein; s. 9, 11, 4.

5. *eo hoste*] hier herabsetzend; vgl. 24, 8, 2. — *non .. captum*] = *non .. vidit .. quam captus fuit*; vgl. 3, 51, 13.

6. *ipse**] — *arcuerit**] — *tantum*] 'noch so viel'. — *tot milibus*] er selbst mit so vielen ..; vgl. 5, 53, 6; 8, 2, 5; 10, 5, 4: *Etrusci .. omnibus copiis aderant*. — *oportet .. necesse est*] s. 22. 60, 26.

7. *in eo .. loco*] s. 2, 47, 5.

8. *reliqui fecerit*] *reliqui* ist, obgleich objektive Bestimmung von *fecerit*, von *nihil* angezogen in attributive Verbindung mit diesem getreten, als ob es nicht zum Verbum finitum gehörte; vgl. 22, 40, 8; 26, 35, 5.

siti moriendum sit, si plus, quam viros ac Romanos decet, ferrum
timeamus. ergo una est salus erumpere hinc atque abire. id aut 9
interdiu aut nocte faciamus oportet. ecce autem aliud minus du- 10
bium; quippe si lux expectetur, quae spes est non vallo perpetuo
fossaque nos saepturum hostem, qui nunc corporibus suis sub-
iectis undique cinxerit, ut videtis, collem? atqui si nox oppor-
tuna est eruptioni, sicut est, haec profecto noctis aptissima hora
est. signo secundae vigiliae convenistis, quod tempus mortales 11
somno altissimo premit; per corpora sopita vadetis vel silentio
incautos fallentes vel sentientibus clamore subito pavorem iniec-
turi. me modo sequimini, quem secuti estis; ego eandem, quae 12
duxit huc, sequar fortunam. quibus haec salutaria videntur, agi-
tedum in dextram partem pedibus transite.' omnes transierunt **36**
vadentemque per intermissa custodiis loca Decium secuti sunt.
iam evaserant media castra, cum superscandens vigilum strata 2
somno corpora miles offenso scuto praebuit sonitum; quo exci-
tatus vigil cum proximum movisset erectique alios concitarent,
ignari, cives an hostes essent, praesidium erumperet an consul

9. *una est salus*] vgl. Gell.: 3, 7, 7: *alia nisi haec salutis via nulla est*; = es giebt nur eine Rettung, nämlich . .; vgl. 5, 6, 17; 21, 20; 4.

10. *ecce*] führt den neuen Punkt als etwas Überraschendes, der Aufmerksamkeit Würdiges ein; s. Cic. de fin. 1, 61; de rep. 1, 55. — *autem*] dient, wie sonst *iam vero* und im folgenden *atqui* (s. 6, 37, 2), zur Weiterführung der Schlufsfolgerung. — *aliud*] etwas anderes, ein Zweites; s. 1, 21, 6. — *quippe si*] vgl. Cic. p. Mil. 47; zu Liv. 3, 21, 4. — *subiectis*] am Fufse des Hügels; s. 34, 3: *vallem*.

11. *signo secundae vigiliae*] nach Mitternacht; vgl. Sil. Ital. 7, 154: *mediam somni cum bucina noctem divideret; iamque excubias sortitus iniquas t e r t i u s abrupta vigil iret ad arma quiete.* — *quod tempus . . somno*] statt *quo tempore somnus*; vgl. 30, 12.

12. *modo*] bei dem Imperativ steht *modo*, nicht *tantum.* — *sequar fortunam*] s. 22, 27, 4.

36. 1. *intermissa custodiis loca*] vgl. 5, 46, 9; bei Livius mehrfach; s. 23, 17, 6; 24. 35, 8; 34, 37, 8; auch bei Cäsar; statt *locis ubi . . intermissae custodiae erant*; die Wachen bilden nicht eine vollständige Kette um den Hügel, sondern die Feinde lagern in einzelnen Truppenabteilungen; s. § 10: *castellatim dissipatos*; vgl. 34, 14: *praesidia.* Zwischen diesen sind nicht überall Wachposten aufgestellt (*custodiae*), welche Livius hier wie sonst von den regelmäfsigen Nachtwachen (§ 2: *vigilum*) unterscheidet.

2. *evaserant media castra*] s. 2, 65, 3; sie waren vorgedrungen bis über die Mitte des Lagers nach dem Freien zu. Unter *castra* ist nicht das 34,3 erwähnte zu verstehen, sondern die am Fufse des Hügels lagernden Truppen. — *offenso scuto*] dadurch, dafs er mit dem Schilde (an etwas) anstiefs; s. Sall. Jug. 94, 1: *scuta . . offensa quo levius streperent.* — *excitatus*] s. 12, 2: *ex somno excitatis*; 5, 47, 4: *excitus.* — *concitarent*] wie vorher *movisset*; dagegen § 7 wie 3, 70, 11: *metu concitati.* — *cives an hostes*] gegenübergestellt wie 21, 12, 1.

3 castra cepisset, Decius, quoniam non fallerent, clamorem tollere iussis militibus torpidos somno insuper pavore exanimat, quo praepediti nec arma inpigre capere nec obsistere nec insequi po-
4 terant. inter trepidationem tumultumque Samnitium praesidium Romanum obviis custodibus caesis ad castra consulis pervadit.
5 aliquantum supererat noctis, iamque in tuto videbantur esse, cum Decius 'macte virtute' inquit, 'milites Romani, este; ve-
6 strum iter ac reditum omnia saecula laudibus ferent; sed ad conspiciendam tantam virtutem luce ac die opus est, nec vos digni estis, quos cum tanta gloria in castra reduces silentium ac nox
7 tegat. hic lucem quieti opperiemur.' dictis obtemperatum; atque ubi primum inluxit, praemisso nuntio ad consulem castra ingenti gaudio concitantur, et tessera data incolumes reverti, qui sua corpora pro salute omnium haud dubio periculo obiecissent, pro se quisque obviam effusi laudant gratulantur, singulos universos servatores suos vocant, dis laudes gratesque agunt, De-
8 cium in caelum ferunt. hic Deci castrensis triumphus fuit incedentis per media castra cum armato praesidio coniectis in eum omnium oculis et omni honore tribunum consuli aequantibus.
9 ubi ad praetorium ventum est, consul classico ad contionem convocat orsusque meritas Deci laudes interfante ipso Decio
10 distulit contionem, qui auctor omnia posthabendi, dum occasio in manibus esset, perpulit consulem, ut hostes et nocturno pa-

3. *torpidos somno*] vgl. 25, 38, 17. — *exanimat*] häufiger im Passivum.

4. *ad castra*] s. § 7; dasselbe ist nicht weit von dem Engpasse zu denken.

5. *macte . .*] s. zu 2, 12, 14; vgl. Plin. 2, 54: *macti ingenio este.*

6. *sed . .*] der vorhergehende Gedanke ist konzessiv: zwar wird . . aber doch. — *luce ac die*] im folgenden *silentium ac nox*: Tageslicht . . Stille der Nacht; s. 39, 14. — *tegat*] anders 9, 32, 9. — *opperiemur**]

7. *castra**] s. 1, 60, 2. — *tessera data*] s. 35, 1. — *singulos universos**] zweigliedriges Asyndeton wie *laudant gratulantur*; sonst pflegen jene beiden Worte durch *que* verbunden zu werden. — *laudes gratesque agunt*] feierliche Wortverbindung (vgl. im Deutschen 'Gott sei Lob und Dank'); s. zu 26, 48, 3. So sagt Livius, wie schon Plautus Mil. 420, von dem Danke gegen die Götter; vgl. Tac. Ann. 1, 69: *laudis et gratis . . legionibus habentem* und zu Liv. 23, 11, 12.

8. *castrensis triumphus*] er zog gleichsam triumphierend durch das Lager, im Vergleich mit 38, 3. — *coniectis*] s. 4, 10, 7. — *aequantibus*] s. 10, 30, 9.

9. *classico*] vgl. Veget 2, 22: *classicum appellatur, quod bucinatores per cornu dicunt.* — *ad contionem convocat*] ohne Objekt; s. 8, 32, 1: *classico . . ad contionem advocavit*; 26, 48, 13 u. a. — *interfante*] nur Livius scheint das Wort gebraucht zu haben; s. 3, 47, 4; 32, 34, 2.

10 *qui*] ist auf das grammatisch untergeordnete, aber die Hauptperson bezeichnende *Decio* bezogen;

vore attonitos et circa collem castellatim dissipatos adgrederetur;
credere etiam aliquos ad se sequendum emissos per saltum va-
gari. iussae legiones arma capere egressaeque castris, cum per 11
exploratores notior iam saltus esset, via patentiore ad hostem
ducuntur, quem incautum inproviso adortae, cum palati passim 12
Samnitium milites plerique inermes nec coire in unum nec arma
capere nec recipere intra vallum se possent, paventem primum
in castra conpellunt, deinde castra ipsa turbatis stationibus ca-
piunt. perfertur circa collem clamor fugatque ex suis quemque 13
praesidiis. ita magna pars absenti hosti cessit; quos intra vallum
egerat pavor — fuere autem ad triginta milia — omnes caesi,
castra direpta. ita rebus gestis consul advocata contione P. Deci 37
non coeptas solum ante sed cumulatas nova virtute laudes pera-
git et praeter militaria alia dona aurea corona eum et centum
bubus eximioque uno albo opimo auratis cornibus donat. milites, 2
qui in praesidio simul fuerant, duplici frumento in perpetuum,
in praesentia [singulis] bubus privis binisque tunicis donati. se-
cundum consulis donationem legiones gramineam coronam obsi-
dialem, clamore donum adprobantes, Decio inponunt. altera co-

s. 4, 58, 4. — *castellatim*] kann, weil eigentliche Kastelle (s. 5, 5, 5) nicht vorhanden waren (vgl. 34, 13), nur von einzelnen zerstreuten Haufen oder Posten verstanden werden. Das Wort findet sich nur noch bei Plin. 19, 112: *alium . . castellatim grumulis imponi*, aber in ähnlicher Bedeutung wie bei Livius, = gruppenweise.

12. *vallum*] dann *castra*; unter beiden ist wohl das Lager auf den Bergen zu verstehen; s. 34, 1.

13. *circa collem*] nach den Bergen auf beiden Seiten des Hügels; s. 34, 3. — *collem . . praesidiis*] der von den *praesidia* 34, 14 umgebene Hügel. — *absenti*] sie glaubten das Geschrei von der Seite zu vernehmen, wo sie standen, und dafs daher der Feind komme. — *quos**] — *ad triginta milia*] ist, wenn anders die Schlacht selbst als historisch gelten kann, eine Übertreibung, wie 37, 16, die vielleicht von Valerius Antias herrührt.

37. 1. *aurea corona*] s. 3, 29, 3; 7, 10, 14 u. a. — *centum*] vgl. 26, 48, 14: 28, 38, 8; Plin. 22, 9: *bovem album . . et centum fulvos.* — *eximioque*] s. 1, 7, 12. — *albo*] der Stier war zum Opfer für die oberen Götter bestimmt. — *opimo*] tritt als besonderes Merkmal noch zu dem zusammengesetzten Begriffe *eximio . . albo* hinzu; vgl. 9, 2, 8; ebenso in anderer Form *auratis cornibus*; vgl. 4, 16, 2.

2. *duplici . .*] s. 2, 59, 11; vgl. 8, 2, 4; 9, 41, 5; es wird vorausgesetzt, dafs schon damals die Lebensmittel den Soldaten vom Staate geliefert wurden; vgl. Caes. BC. 3, 53,6. — *privis*] s. Paul. Diac. S. 226: *privos . . antiqui dicebant pro singulis; . . hinc et privilegium et privatus.* Livius gebraucht das bei früheren Schriftstellern gewöhnliche Wort nur noch in einem Senatskonsulte nach älteren Quellen; s. 30, 43, 9. Zur Sache vgl. 9, 41, 7. — *gramineam*] s. Preller RM. 309 f. — *obsidialem*] diese Form ist aus *obsidium* gebildet, gewöhnlicher ist *obsidionalem.* Über die Sache s. Festus S. 190: *obsidiona-*

3 rona, eiusdem honoris index, a praesidio suo inposita est. his decoratus insignibus bovem eximium Marti immolavit, centum boves militibus dono dedit, qui secum in expeditione fuerant. iisdem militibus legiones libras farris et sextarios vini contulerunt; omniaque ea ingenti alacritate per clamorem militarem, indicem omnium adsensus, gerebantur.

4 Tertia pugna ad Suessulam commissa est, qua fugatus a M. Valerio Samnitium exercitus omni robore iuventutis domo accito
5 certamine ultimo fortunam experiri statuit. ab Suessula nuntii trepidi Capuam, inde equites citati ad Valerium consulem opem
6 oratum veniunt. confestim signa mota relictisque inpedimentis *ac* castrorum valido praesidio raptim agitur agmen; nec procul ab hoste locum perexiguum, ut quibus praeter equos ceterorum iu-
7 mentorum calonumque turba abesset, castris cepit. Samnitium exercitus, velut haud ulla mora pugnae futura esset, aciem instruit; deinde, postquam nemo obvius ibat, infestis signis ad ca-
8 stra hostium succedit. ubi ut militem in vallo vidit missique ab omni parte exploratum, quam in exiguum orbem contracta ca-
9 stra essent, paucitatem inde hostium colligentes, rettulerunt, fre-

lis corona est, quae datur imperatori ei, qui obsidione liberavit ab hostibus obsessos; ea fit ex gramine viridi fere ex eo loco decerpto, in quo erant inclusi. . . quae corona magnae auctoritatis fuit; nam et P. Decio datae duae sunt: una ab exercitu universo, altera ab iis, qui fuerunt in praesidio obsessi.

